SLUB Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id476744083/1
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

Tract. jur. civ.
977 t

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id476744083/2
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft
DFG

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id476744083/3
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

7612

SLUB Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id476744083/4
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id476744083/5
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

# GEORGII ADAMI STRUVII,
**uff Uhlſtedt/ JCti,**
## TRACTATIO
*De*
# VINDICTA PRIVATA,
*Cumprimis verò de eâ, quæ fit*
## RETORSIONE TUM INJURIÆ VERBIS ILLATÆ, TUM JURIS INIQUI.
Ad
*L. ut vim. 3. de Juſt. & Jur. Tot. Tit. Cod. quand. unicuique lic. ſine judic. ſe vindicar. Tot. Tit. Quod quisque jur. in alter. ſtatuer. hoc ipſ. jur. utat. &c.*

Ante XX. propemodum annos in Academiâ Juliâ publicè ad diſputandum propoſita,

*Nunc ſub incudem revocata & aucta.*

Acceſſit

INDEX CAPITUM AC RERUM.

E. BIBL. OLDEN. 1885
KGL. ÖFFENTL. BIBLIOTHEK DRESDEN

---

JENÆ
Ex Officinâ JOHANNIS NISI,
Anno M. DC. LXV.

88, 1064

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id476744083/6 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id476744083/7
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft
DFG

MAGNIFICO, NOBILISSIMO
ET CONSULTISSIMO
DOMINO
JOHANNI STRAUCHIO,
J.CTO EXCELLENTISSIMO, INCLYTÆ REIPUBL. BRUNOVICENSIS CONSILIARIO PRIMARIO, VIRO PRUDENTIA CIVILI ET OMNI DOCTRINARUM GENERE INSTRUCTISSIMO,
*COLLEGÆ OLIM MEO DESIDERATISSIMO, FAUTORI PLURIMUM COLENDO ET AMICO SINCERO,*

Εὐζωΐαν!

QUemadmodum nunquam ſine inſigni mentis delectatione amicitiæ noſtræ hîc per novem, & quod excurrit, annos ſanctè & absque fuco cultæ recordor; ita tantò magis eadem,

 dem,

dem, hâc æſtate, delector renovatâ, poſteaquàm Penates meos, unà cum conjuge dilectisſimâ, inviſebas, ac præſenti colloquio, uno alterovè die, novum quaſi robur eidem addere, ſvavique ſermone, nil niſi antiquum candorem ſpirante, me, tum temporis quidem curis laboribusque variis circumcirca ſtipatum, recreare congaudebas. Cumprimis autem ejus ſermonis mentem jucunda ſubit memoria, quem in amœno ſolario, poſt ædes meas ſuper muros exſtructo, in multam usque noctem protraximus inter joca ſeria etiam de firmandis Legibus noſtris civilibus ex Jure Naturæ & Gentium. Quo in themate tanta animorum noſtrorum fuit conſenſio, ut uno quaſi ore uterque loqui videremur. Nimirum hæc erat noſtra unanimis ſententia, ad perfectam

fectam eruditionem omninò talem pertinere confirmationem, & ad doctam Juris noſtri interpretationem id eleganter facere; ſed ſedulò cavendum eſſe, ne à Legibus Romanis, quæ nihil aliud, quàm jus naturæ à veteribus J. Ctis prudentisſimè excultum continent, diſcedatur; & neſcio quid æquitatis fingatur, ſeu quilibet peculiarem Legislationem ſibi quaſi arroget, & jus naturæ, & æquitatem intra ſui capitis cancellos concludat. Cùm itaque ante hos viginti annos, in ætate Juvenili quædam de vindictâ privatâ commentarer, atque ut moris eſt, pro conſequendâ infulâ Doctorali publicæ, in Illuſtri Juliâ, Tibi jam vicinâ, disquiſitioni exponerem, placuit etiam in Legum noſtrarum ad materiam iſtam pertinentium, rationes inquirere, &

quitatem earum ex juris naturæ principiis oſtendere. Quas meditationes cum Typographus urgeret, ut ſibi iterum excudi permitterem, ſolicitè inſtanti deeſſe nolui. Quò igitur publicum amicitiæ noſtræ exſtaret monumentum, haſce pagellas Tuo celebratisſimo nomini nuncupare, atque inſcribere animum induxi. Suſcipias quæſo illas ſerenâ fronte & limatisſimo tuo judicio easdem expendas, atque amore priſtino complecti pergas

*Tuum*

GEORGIUM ADAMUM
STRUVIUM.

*Dab. Jenæ d. 4. Septembris*
*A. O. R. 1664.*

# Index Capitum.

Caput I.
De Vindictâ in genere. pag. 1.
Caput II.
De Vindictâ privatâ regulariter illicitâ; & certis caſibus licitâ in genere. pag. 12.
Caput III.
De Vindictâ privatâ licitâ, ex causâ Neceſſitatis, pro defenſione ſalutis publicæ. pag. 25.
Caput IV.
De Defenſione vitæ & corporis. pag. 34.
Caput V.
De Defenſione Pudicitiæ. pag. 55.
Caput VI.
De Defenſione Rerum corporalium & incorporalium. pag. 56.
Caput VII.
De Jure Patris occidendi adulterum cum filiâfam. pag. 69.
Caput IIX.
De Jure mariti occidendi adulterum vilem. p. 73.
Caput IX.
De Jure Domini ſervum caſtigandi. pag. 79.

Ca-

# Index Capitum.

Caput X.

De Retorſione Injuriarum. pag. 81.

Caput XI.

De Retorſione Juris iniqui. pag. 125.

Caput XII.

De Repræſaliis. pag. 186.

Caput XIII.

De Pigneratione. pag. 190.

Caput XIV.

De Vindictâ privatâ concessâ vi conventionis. pag. 191.

Caput XV.

De Vindictâ privatâ, concessâ in ultimâ voluntate. pag. 198.

I.N.D.

*I. N. D. N. J. C.*

# TRACTATIONIS *DE* VINDICTA PRIVATA

## Caput Primum.

## *De* Vindictâ in genere.

### Aphor. I.

Vindicandi ſtudium atque impetum omnibus natura indidit animalibus. Vindictæ inſtinctus naturalis.

*Summaria.*

1. *Firmatur hoc autoritate Ciceronis.*
2. *Quinti Mutii in l. 1. §. 11. ſi quadr. paup.*
3. *Ariſtotelis.*
4. *Qui defenditur contra Rennemannum.*

Confirmat hoc Cicero: *Principiò,* dicens, *generi animantium omni eſt à naturâ tributum, ut ſe, vitam corpusq́ tueatur, declinetq́ ea, quæ nocitura videntur. Lib. I. de offic. ſect. 4. (edit. Gulielm. & Grut.)* 1.
Hinc, *cum arietes vel boves commiſiſſent, & alter alterum occidit, Quintus Mutius diſtinxit: ut ſiquidem is periiſſet, qui adgreſſus erat, ceſſaret actio, ſi is qui non provocaverat, competeret actio,* ut dicitur, 2.



*in l. 1.*

*in l. 1. §. 11. ſi quadrup. paup.* Cujus diſtinctionis fundamentum eſt, quod provocatum animal ſecundùm naturam, docentem ſe defendere, vim propulſaverit: adeoque ſi id provocantem beſtiam occidit, ceſſat actio, quippe quæ competit, quando contra naturam fera mota pauperiem dedit *d. l. 1. §. 7.* Add. Camill. Borrell. *de magiſtr. edict. L. 2. c. 7. n. 70. & ſeqq.*

3. Sic Ariſtoteles ſcribit: Ἔνεστιν ἐν τοῖς πλείστοις καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἴχνη τῶν περὶ τὴν ψυχὴν τρόπων· ἅπερ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ἔχει φανερωτέρας τὰς διαφοράς. Καὶ γὰρ ἡμερότης (καὶ ἀγριότης) πρᾳότης καὶ χαλεπότης, καὶ ἀνδρεία καὶ δειλία, καὶ φόβοι καὶ θάῤῥη, καὶ θυμοὶ, καὶ πανουργίαι, καὶ τῆς περὶ τὴν διάνοιαν συνέσεως ἔνεισιν ἐν πολλοῖς αὐτῶν ὁμοιότητες. i. e. *Sunt etiam in plurimis cæterorum animalium* VESTIGIA *morum animi humani: quanquam hæc apertius in homine diſcernantur. Ineſt enim urbanitas,* FERITAS, *clementia, acerbitas, fortitudo, ignavia, metus, fidentia,* IRA, *metus, atque etiam prudentiæ imago ineſt in multis. IIX. d. Hiſtor. animal. cap. 1.* Et alibi: Φαίνεται γὰρ ἔχοντά τινα δύναμιν περὶ ἕκαστον τῶν τῆς ψυχῆς παθημάτων φυσικὴν, περί τε φρόνησιν καὶ εὐήθειαν, καὶ ἀνδρείαν καὶ δειλίαν, περί τε πρᾳότητα καὶ χαλεπότητα, καὶ τὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας ἕξεις. Ἔνια δὲ κοινωνεῖ τινὸς ἅμα καὶ μαθήσεως καὶ διδασκαλίας. i. e. *Habere enim vim quandam naturalem animantes in quavis animi affectione videntur, hoc eſt, prudentia, ſtultitia, fortitudine, ignavia, clementia,* ACERBITATE, *& reliquis habitibus ejusdem generis. In nonnullis etiam commune aliquid diſciplinæ eruditionisque habetur. IX. de Hiſtor. animal. c. 1. add. d. l. IX. c. 6. L. I. c. 11. L. IIX. c. 12.* Pertinet huc etiam illud ejusdem Philoſophi: *tolerare ſi laceſſaris, patique, ut tui contumeliâ afficiantur, ſervile eſt. 4. Eth. 7.*

4. In quod effatum Dn. Henningus Renneman-

nemannus *tract. de jure ret. contr. verb. ini.* ita invehitur: *Abeat ex Philoſophico choro Ariſtoteles, ſanctus ille Philoſophus & Theologorum penè Deus, qui laceſſitos injuriâ, ſi vindictam negligant, ſerviles homines judicio verè ſervili proclamat. p. 2. th. 27. lit. z.* Verùm quid abſurdi illo in loco ſummus Philoſophus (cujus non levem etiam apud antiquos J.Ctos fuiſſe autoritatem colligere eſt ex *l. 36. de ſolut.*) doceat, equidem non video, cum ibi modum iræ præſcribat, & addat planè nullam concipere iram, ſervile eſſe, reſpiciens ſc. ad innatum omnibus animantibus injurias propulſandi ac vindicandi ſtudium. Nec diverſa ab iſto dicto ſunt, quæ de bonâ famâ conſervandâ, & contumeliis illatis vindicandis ex Cicerone & aliis Autoribus adducit & approbat, veriſſimaque dicit ipſe Dn. Rennemannus *eod. tract. part. 3. th. 50.*

## Aphor. II.

Verùm hunc naturalem inſtinctum non decet hominem, ratione inſtructum, more belluarum ſequi, ſed quomodo vindictam ſumendam eſſe, recta exigat ratio, ipſi perſpiciendum. Is ratione regendus.

*Summaria.*

1. *Jus nat. competit brutis rat. naturalium inclinationum.*
2. *Quæ ab homine ratione regendæ.*
3. *& legibus appetitus inordinatus cohibendus.*
4. *Quarum æquiſſimæ ſunt LL. Juſtinianeæ.*
5. *explicatur l. 20. de LL.*
6. *Non indulgendum cerebrinæ æquitati.*

I. JUs enim illud naturale, quod (ſecundum Ulpian. *in l. 1. §. 3. de J. & J.* & Juſtin. *pr. I. de i. n. g. & c.*) natura omnia animalia docuit, continet etiam ea, quæ à veteribus Philoſophis τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν appellata ſunt; vid. Gell. *N. A. L. 12. c. 5.* Quod nimirum animalia faciendum vel omittendum eſſe juxta animam ſenſitivam & phantaſiam percipiunt atque colligunt: (*Ariſtot. 3. de anim. c. 3. text. 40. c. 10. text. 49. & 56. c. 11. text. 57. c. 7. text. 29.*) Homines verò in eo per intellectum & mentem, quid honeſtū, quid inhoneſtum ſit, diſcernunt, id juris naturalis ibi dicitur. Ita conjunctio maris & fœminæ juri naturali adſcribitur & omnibus animantibus communis eſt, *& cum cognitione aliquâ ſuſcipitur ab animalibus. Ariſtot. I. de generat. anim. c. ult. circ. fin.* In hominibus autem ſpeciatim *matrimonium* dicitur, & intellectu dirigitur. *d. pr.* Quod eleganter paraphraſi ſuâ illuſtrat Theophilus: Παραδείγματα τοῦ φυσικοῦ νομίμου, ἄρρενός τε καὶ θηλείας συνάφεια, ὅπερ ἡμεῖς γάμον προσαγορεύομεν, καὶ ἡ περὶ τοὺς τεχθέντας ἀνατροφὴ, καὶ σπουδή. Ὁρῶμεν γὰρ, οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ ζῷα ἐν τοῖς τιμῶσι τοῦτον τὸν νόμον ἀναγεγραμμένα. Ἡ γὰρ φύσις ὁρῶσα τὸ καθ᾽ ἕκαστον τῶν ζώων θανάτῳ δαπανώμενον, διὰ τοῦ γάμου καὶ τῆς ἐντεῦθεν παιδοποιίας, καὶ τῆς πρὸς τοὺς τεχθέντας στοργῆς τε καὶ ἀνατροφῆς καὶ διαδοχῆς, τὴν ἀθανασίαν τούτοις ἐμηχανήσατο. i. e. *Juris naturalis ſunt maris & fœminæ conjunctio (quod nos matrimonium appellamus) & liberorum educatio, & cura eorum. Videmus enim, non homines modo, ſed cætera quoque animalia his, qui legem hanc obſervant, adſcribi. Cùm enim natura ſingula quæque animalia videret morte conſumi, per concubitum, & ex eo ſequentem liberorum procreationem, ac rurſus eorum, quæ procreata ſunt, caritatem, educationemq́;*

&

*& ſucceſſionem, quandam veluti immortalitatem commentaeſt.* Adde Malquyt. de verâ Jctor. Philoſoph. *Lib. 1. c. 22.* Hyeron. Rorarius. *lib. duob. quod animal. brut. rat. utant. mel. homin.* & latiùs Martin. Schockius. *diatrib. de Jur. natural.* In illo igitur naturali inſtinctu homo non ſubſiſtere debet, ſed quid rationi & honeſtati conveniat, appetere. 2.
Quod cum non ſemper, & cuivis ſit obvium; quidam etiam malitiâ aut affectibus in transverſum abripiantur: legibus civilibus opus eſt, quæ illud in obſcuro ſæpe latens exprimant, declarent, determinent, vel etiam arctiùs jubeant: addatur Dom. Soto *de I. & I. L. 1. q. 5. art. 1.* 3.
Nullas verò meliores & æquiores invenias legibus Juſtinianeis, utpote quæ à prudentiſſimis I.Ctis (Impp. poſteà confirmantibus) ex ipsâ naturali æquitate ſunt deductæ & per easdem jus naturale egregiè excultum: unde etiam plurimis in terris receptæ, & ubique magnæ ſunt autoritatis. 4.
Quarum laudi nîl quicquam derogat, quod ipſe Iulianus in *L. 20. de LL.* dicit: *non omnium, quæ à majoribus conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt.* Rectiſſimè enim laudatus jam Dominic. Soto *L. 1. de I. & I. q. 5. art. 2. in fin. Iurisperitus*, dicit, *in lege citatâ non negat, eorum quæ à jure naturali per modum concluſionum eliciuntur, poſſe rationem reddi: eorum autem, quæ ſecundo modo (ſc. ut ſpecificata determinatio communis generis) derivantur, quia ſeniorum conſultatione per experientiam & prudentiam ſtatuta ſunt, veluti univerſalium ſpecificæ determinationes, non eſt ſemper exigenda ratio, ſed eorum experientiæ & prudentiæ habenda fides, ut 6. Eth. autor eſt Ariſtoteles.* 5.
Optimè igitur civilium legum contemtoribus occinitur illud, quod in *c. 5. de conſtit.* dicitur: 6.

*Ne innitaris prudentiæ tuæ. Prudentiæ ſuæ innititur, qui ea quæ ſibi agenda vel dicenda videntur, Patrum decretis*, vel Impp. legibus, *præponit*. Vnde quoq; judici *in c. 4 q. 7. 3.* hæc præſcribitur regula: *Bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, & domeſticæ propoſito voluntatis: ſed iuxta leges & iura pronunciat, ſtatutis iuris obtemperat, non indulget propriæ voluntati: nihil paratum & meditatum domo defert: ſed ſicut audit, ita iudicat, & ſicut ſe habet negotii natura, decernit, obſequitur legibus, non adverſatur, examinat cauſæ merita, non mutat.* Add. Ord. Cam. *p. 1. tit. 13.* §. *1.* Bald. *in rubr. C. d. conſtit. pec. num. 11.*

## APHOR. III.

Ius naturæ ultionem, dolorē alterius ex odio intendentem, prohibet.

Rectæ rationi ſi vindictæ ſtudium ſubjicimus, dictat ea, jure naturæ omnem ultionem, quæ tantùm animo ulciſcendi fit, & in alterius dolore acquieſcit, eſſe illicitam.

*SUMMARIA:*

1. *Provenit vindictæ ſtudium ex irâ.*
2. *Cui per manſvetudinem modus ſtatuendus.*
3. *Non admittitur ardore vindictæ accuſans.*

1. COnſ. Thom. *2. 2. q. 108. art. 1.* Ratio eſt, quod ejusmodi ultio ex immoderatâ irâ proveniat: *ira verò audire quidem* (ſunt verba Ariſtot. *7. Eth. 7.*) *rationem videtur, ſed non rectè attendere; perinde atque feſtivi miniſtri, qui priusquàm omnia, quæ dicuntur, audiverint, excurrunt, deinde in actione aberrant; & canes quoq; antequàm inſpexerint, an amicus ſit quiſpiam, ſi tantùm pulſaverit oſtium, latrant: ſic & ira ob fervorem celeritatemq; naturæ audiens quidem, ſed non attendens, quid præcipiatur, ad*

*vin-*

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id476744083/19 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*vindictam incitatur. Ratio namq; vel imaginatio contumeliam aut contemtum eſſe oſtendit: ira verò, quaſi ratiocinatione factâ, oporteri tali bellum inferri ſtatim inſurgit.* Modus igitur per manſuetudinem iræ ſtatuendus, & 2.
*quemadmodum ratio dictat ſuccenſendum*, ita ſc., ut quis ſit magis συγγνωμονικὸς quàm τιμωρητικός. Ariſtot. 4. *Eth. 11.* Hinc etiam Hugo Grotius *L. 2. de iure bell. & pac. c. 20. n. 5: Talis*, ait, *appetitus* (iræ nim.) *in ſe ſpectatus non convenit parti rationali, cuius eſt imperare affectibus: ac proinde nec iuri naturæ, quia id eſt dictatum naturæ rationalis ac ſocialis, qua talis eſt: dictat autem ratio homini nihil agendum, quo noceatur homini alteri, niſi id bonum aliquod habeat propoſitum. In ſolo autem inimici dolore, ita nudè ſpectato, nullum eſt bonum niſi falſum & imaginarium, ut in divitiis ſupervacuis aliisq; rebus eiusmodi. Atq; hoc ſenſu ultionem improbant in hominibus non Chriſtiani modò Doctores, ſed & Philoſophi &c:* Atque inde repellitur quo- 3.
que accuſans ardore vindictæ, uti tradit Menoch. *2. arb. iud. quæſt. caſ. 482.*

## APHOR. IV.

Alia eſt ratio vindictæ, quâ injuriæ propulſatio, damni illati correctio & pœnæ illatio intenditur. *Vindicta licita.*

*SUMMARIA:*

*1. Hæc probatur, & ab ultione diſcernitur.*

*2. Et inter virtutes refertur.*

DIſcrimen hujus vindictæ, ab eâ, de quâ *theſ. præc.*, 1.
tradit Ariſt. *1. Rhet. 10: Propter excandeſcentiam & Iram fiunt* τὰ τιμωρητικά, *i. e. quæ ultionem ſpectant: differt autem*

*autem* (τιμωρία) *ultio &* (κόλασις) *caſtigatio aut pœna. Nam* κόλασις *patientis causâ eſt; ultio verò efficientis, ut odium expleat.* Idem innuunt verba Pauli *in l. 45. §. 4. in fin. ad L. Aquil. ſi tuendi causâ non etiam ulciſcendi causâ factum ſit.* Item Innocent. III. *in c. 18. de homic. in fin. non ad ſumendam vindictam, ſed ad iniuriam propulſandam.* Spectat eodem elegans textus Auguſtini *in c. 1. q. 3. 23.* in quo diſtinguitur *inter ultionem & libidinem ulciſcendi ſ. delectationem alienæ miſeriæ.* Cui conſonat itidem elegans textus in c. 2. de homicid. *c. 51. q. 4. 23.*; & in *c. 8. q. 5. 23.* ibi: *hinc dictum eſt: non reſiſtamus malo: ne nos vindicta delectet, quæ alieno malo animum paſcit, non ut correctionem hominum negligamus.* Add. *c. 19. d. q. 5. 23.* Concinnè quoque hanc in rem Ioh. Viguerius Granatenſis: *ſi intentio,* ait, *principaliter feratur in malum illius, de quo vindicta ſumitur, & ibi quieſcit, non eſt licitum, quia delectari in malum alterius pertinet ad odium, quod charitati repugnat. Si verò intentio vindicantis feratur principaliter in aliquod bonum, ad quod pervenitur per pœnam peccantis, puta ad emendationem peccatorum vel ſaltem ad cohibitionem eius & quietem aliorum & iuſtitiæ conſervationem & Dei honorem eſt vindicta licita, ſervatis aliis circumſtantiis: ſicut vim vi repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ, ut aggreſſor propulſetur. Hoc enim naturale eſt & irrationabilibus convenit: data enim eſt vis iraſcibilis ad propulſandum & repellendum nocumenta. In hominibus autem ſi non fiat intentione nocendi, ſed intentione removendi impedimenta duntaxat, eſt bonum &c: Inſt. ad Chriſt. Theol. c. 5. §. 11.*
3. Add. Grot. *verb. præced. th. cit.* Atque hæc vindicatio inter virtutes refertur à Cicerone *2. de invent. ſect. 22. & 53.*

& 53. dicente: *Naturæ ius eſt, quod non opinio genuit, ſed quædam innata vis inſeruit ut religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obſervantiam, veritatem.* Item à Thomâ *2. 2. q. 108. art. 2.* Sylveſtro *tit. vindictæ.* Viguerio *d. l.* Vincentio Filliucio *quæſt. mor. tom. 2. tract. 21. c. 5. n. 190.* Conſtant. Rogerio *mirab. tract. de ſumm. bon.* §. *10. n. 5. 6. 7. & tract. de leg. pot.* §. *2. n. 15.*

## Aphor. V.

Vindictam hanc in genere dicimus, propulſationem injuriæ legitimam, ſive defendendo, ſive ulciſcendo fiat. Ejus deſcriptio.

*Summaria.*

*1. Nominis explicatio.* *2. Homonymia vindictæ & & vindicationis.*

ITa Cicero *d. L. 2. de invent. ſect. 53. Vindicatio eſt, per quam vis & iniuria & omnino omne quod obfuturum defendendo aut ulciſcendo propulſatur.* Et *d. ſect. 22:* vindicationem deſcribit, *per quam vim & contumeliam defendendo aut ulciſcendo propulſamus à nobis & à noſtris, qui nobis eſſe cari debent, & per quam peccata punimus.* Auſon. Popma editus à Barth. Muſc. *d. differ. verb. l. 4.* dicit: *Vindicta factum punit, vel futurum prohibet atq; propulſat. ultio proſequitur contumeliam vel iniuriam factam.* Sic etiam in legibus vindicta & ultio defenſionem includit *l. 1. 2. C. quand. lic. unic. ſin. iud. ſe vindict. l. 5. C. de met. & epidem.* Injuriæ vocem generaliter ſumimus pro omni eo, quod non jure fit, per *text. pr. I. de iniur. l. 1. pr. D. eod. l. 5. de I. & I. l. 1.* §. *2. in fin. quod quisq; iur. in al.* Cæterum non abs re erit hîc notare diverſas harum vocum *vindictæ & vindicationis* in jure ſignificationes. Vſurpa- 1. 2.

tur (1) *vindicta* vocabulum de modo quodam manumiſſionis §. *1. de libertin. t. t. D. & C. de man. vindict.* Vid. Barn. Briſſonius *ſelect. antiq. L. 1. c. 11.* & *de verb. ſign. L. 19. verb. vindicta.* Ioh. Roſin. *ant Rom. L. 1. c. 20.* Oſvvald. Hillig. *ad Donell. L. 2. c. 15. lit. b.* (II.) *Vindicationis* vox de modo quodam legatum relinquendi dicitur §. *2. I. de legat.* ubi vid. Bachov. (III.) *Vindicatio & Vindicare* ſignificant adſertionem vel attributionem, & (1) in genere rei cuius dam vel juris, ut: *partes judicis ſibi vindicare l. 6. C. de exſec. rei iud. privilegium vindicare l. ult. C. quib. non obiic. long. temp. præſcr. aliquam in uxorem vindicare, c. 11. de præſumt.* (2) in ſpecie aſſertionem juris in re: unde actio in rem vindicatio nominatur *l. 25. de O. & A.* §. *15. de action. rubr. ſi ſerv. vind. l. 16.* §. *3. de pign. l. 20. C. de adm. tut. l. 4. C. qui adm. ad bon. poſſ.* (3) ſpecialiſſimè Rei vindicatio notat aſſertionem dominii, actionem ſc. illam, quâ rem ex iure dominii perſequimur *rubr. & l. 1. §. 1. l. 56. de rei vind.* Conf. Hillig. *L. 20. c. 1. lit. a.* (IV.) *Vindicatio, vindicta & vindicare* notant propulſationem injuriæ (offendentis remp., vitam, corpus, famam, jurave noſtra perſonaliter & realia, & hæc vel in re vel ad rem); ſive adito judice *l. 2. §. 5. in fin. de iudic. l. ult. C. ad SCt. Turpill. l. 1. C. de prec. Imp. offer. l. pen. C. ad L. C. de falſ. l. 31. C. de lib. cauſ. l. 37. ad L. Jul. d. adult. l. 32. de iniur. l. ult. ibi: ei vindicta, quem læſerit, non ſolùm æſtimationis diſpendii ſed etiam litis diſcriminis præbeatur. C. de pœn. iud. qui mal. iud.* ſive extra judicium, *l. un. C. de rapt. virg. rubr. C. quando lic. un. ſine iud. ſe vind.* Atq; hæc vindicta vocatur etiam *defenſio l. 5. §. ult. ad SCt. Silan. l. 18. §. 1. l. 20. iunct. l. 17. & 21. de his quæ ut ind. auf. Vltio l. 7. C. de his quib. ut ind. l. 1.*

*2. C. d. t. quand. lic. un. l. 5. C. de metat.* Aliquando autem in hâc ſignificatione ſtrictiùs accipitur vox vindictæ aut vindicare, & pœnam denotat ita, ut diſtinguatur à rei perſecutione & damni dati præſtatione, ut in *l. 20. §. ult. de acq. vel. om. her. l. 6. l. pen. de ſep. viol. l. 2. §. 4. de collat. bon. l. 6. 7. §. 1. ibi: ut vindicetur, non ut damnum ſarciatur: de iniur.* Conf. Dn. Georgius Adamus Brunnerus, Patruus meus magnus, *p. m. tract. de coll. bon. c. 4. n. 940.* Et in hoc ſenſu *vindicationis* verbum etiam accipi *in l. 7. C. de revoc. donat.* exiſtimo cum Iac. Cujacio *4. obſc. 19.* Antonio Perezio *præl. in Cod. d. t. n. 4.* Dionyſ. Gothofredo *in d. l. lit. c.* Diſſ. Hugo Donellus *L. 14. c. 30.* & *ibid.* Hilliger. *lit. b.* Hubert. Giphan. *lectur. Altorf. ad d. l. 7. n. 3.*

## Aphor. VI.

Eſt verò vindicta vel publica vel privata. Diviſio.

A*Rg. l. 14. C. de Iud. & t. t. C. quand. lic. unic. ſine iud. ſe vind. l. 5. C. de metat.*

## Aphor. VII.

Vindicta publica eſt, quâ injuriæ, reip. vitæ alicujus, corpori, famæ, aut juribus officientes, in judicio vindicantur. Atque hâc vindictâ regulariter contra injurias eſt utendum. Vindicta publica. Hâc regulariter utendum.

*Summaria.*

*1. Firmatur hoc text. & autoritatibus.*

*2. De hâc etiam in dubio accipienda omina.*

1. *d. l. 14. C. de Iud. l. 9. C. de O. & A. l. 13. quod met. cauſ. l. 7. l. f. de vi priv. l. 7. C. ad L. Iul. de vi publ. & priv. l. 7. C. unde. v l. 1. §. 2. ibi: non ſibi ipſi ius dicere: quor. legat. l. 5.*

*C. de legat. N. 134. c. 7. 2. f. 53. ibi: ſi quis vero aliquod ius de quacunq; re vel facto contra aliquem ſe habere putaverit, iudicialem adeat poteſtatem, & per eam ius ſibi competens exſequatur. c. 9. q. 5. 23.* **Cammerger. Ordn:** *part. 2. tit. 9 & 10.* Add. Donell. & Hillig. *L. 17. comm. c. 2. lit. a. b.* Iac. Menoch. *de recup. poſſ. rem 5.* Eberh. Speckhan. *cent. 3. cl. 3. q. 23.* Petr. Gregor. *ſynt. iur. l. 48. c. 16. n. 9.* Col. *d. proc. exſec. præf. n. 10. & ſeqq. ad 19.*
2. Hinc etiam in dubio de legitimâ hâc vindicta intelligenda ſunt verba: **ich wil es eyfern / ich wil mich an dir rechen / ich wil dirs gedencken** / uti tradunt Dn. Bened. Carpzov. *I. R. S. P. 4. c. 15. def. 9.* Chriſtoph. Beſold. *theſ. pract. verb.* **Rechen.** Add. Dom. Arumæus *ad Aur. Bull. diſc. 6. th. 17.*

---

CAPUT SECUNDUM.

De

# Vindictâ privatâ regulariter illicitâ; & certis caſibus licitâ in genere.

## APHOR. I.

VINDICTA PRIVATA.

Vindicta privata eſt, quâ privatâ autoritate ſive non adito judice injuriam, remp., vitam, corpus, famam juravè noſtra lædentem, propulſamus ulciſcendo aut defendendo.

*arg. l. 3. de I. & I. t. t. C. qn. lic. vnic. ſine iud. ſe vind. l. 1. C. unde vi. l. 5. C. de iure fiſc. l. 5. C. de exſecutor. l. 5. C. de metat.*

APHOR.

## APHOR. II.

Atque hanc vindictam, non ſimpliciter quidem, ſed regulariter & naturali & civili iure prohibitam eſſe exiſtimamus. Eſt ea regulariter. prohibita.

*SUMMARIA.*

1. *Jure civili interdicta priv. vindicta.*
2. *Olim in Germania frequens fuit*
3. *Prohibita à Carolo M. & Ludovico Pio Impp.*
4. *Non potuit ſtatim abrogari.*
5. *Limitibus circumſcripta eſt.*
6. *Tandem exſtirpata.*
7. *Jur. nat. non licita.*
8. *Diſſentientibus, præſertim Hugoni Grotio, latè reſpondetur.*

DE civili jure ſatis conſtat per text. *l. 14. C. de jud. ibi: Idcirco judiciorum vigor jurisque publici tutela videtur in medio conſtituta, ne quisquam ſibi ipſi permittere valeat ultionem: l. 38. §. 8. ad L. Jul. de adult. ubi puniendus dicitur maritus, qui uxorem in adulterio deprehenſam interfecit, quia vindicare ſe non debuerit. Jung. theſ. 7.* 1. Olim quidem in Germaniâ privata vindicta (**Fehd / Selbgericht / Fauſt- und Kolbenrecht**) uſu erat frequens. 2. Quod teſtatur Beatus Rhenanus *rer. Germ. l. 2. c. 12.* dicens: *Qui faidam deſerere noluerit ad Regem mittitor. Faidam vocabant Franci ſimultatem apertam, quâ unus aliquis uni vel pluribus bellum denunciat. Ab hâc Gallicani ſcribæ Faidoſum appellant, qui faidam exercet. Germanis notum nimis vocabulum eſt.* Add. Chriſtoph. Lehmann. **Speyr. Chronick** *l. 7. c. 69. & 89.* Frider. Lindenberg. *gloſſar. voc. faida.*

*faida.* Mos ſc. erat Germanicis gentibus privatas inimicitias perſequi. Itaque qui unum ex propinquis & omnes adverſos habebat, adeò ut ſi aliquis occiſus aut vulneratus, aut malè multatus ab inimico quodam privato fuiſſet, continuò illius propinqui, affines & amici advolabant, ſuam & ſuorum injuriam armis vindicaturi. Quæ res ab antiquis Germanis originem traxit: Ita enim Tacitus: *Suſcipere tam inimicitias ſeu patris, ſeu propinqui, quàm amicitias neceſſe eſt. de mor. germ.* Aliquando pace per amicos factâ vel etiam in judicio ſecundùm leges tranſigebatur, quo caſu ſecuritatis cautiones interponi ſolitæ, quarum exemplum in Marculf. Monach. formul. *lib. 2. cap. 18.* continetur, & in Formul. incert. autor. *cap. 23.* & Formul. Leg. Rom. *cap. 39.* Exempla etiam paſſim extant præcipuè apud Gregorium Turonenſem, *ut lib. 5. c. 5. & 32. lib. 6. c. 17. lib. 8. c. 18. lib. 10. cap. 27.* Præcipuum verò eſt quod pluribus ab eodem refertur *lib. 7. c. 47.* de Sichario & auſtreſigilo, quorum Auſtreſigulus à Sichario cum quibusdam aliis interfectus, Sicharius à propinquis defuncti petitus, poſt varia diſſidia, diſcrimina, cædes, ægrè evaſit, tandemque compoſitione factâ, interceſſione ipſius Epiſcopi Gregorii Turonenſis & judicum, argentum ab Eccleſiâ Turonenſi pro Sichario ſolutum eſt, & ſecuritas ei ab adverſariis data. *Tunc,* inquit, *dato ab Eccleſiâ argento, quæ judicaverunt acceptâ ſecuritate componunt, datis ſibi per partes invicem ſacramentis, ut nullo unquam tempore contra alteram pars altera muſſitaret, & ſic altercatio terminum accepit.* Hieron. Bignon. *not. in formul. Marculf. l. 2. c. 18.* Beſold. *theſ. pract. lit.* F. *&* S. *dd. voc.* Joh. Jac. Speidelius *not. Jurid. hiſt. Pol. d. verb.* Fauſt- und Kolben-

benrecht/*item verb.* Abſagsbrieff/ *& addit. ad Beſold. d. voc.*
Fehd. Reprobatur autem mos ille privatim injurias 3.
vindicandi in Capitul. Caroli M. & Ludovici Pii Impp. *L.*
*5. c. 180. in fin.* his verbis: *Neſcimus, quâ pernoxiâ inventione*
*à nonnullis uſurpatum eſt, ut hi qui nullo miniſterio publico*
*fulciuntur, propter ſua odia & diverſiſſimas voluntates peſſi-*
*mas, indebitum ſibi uſurpant in vindicandis proximis & in-*
*terficiendis hominibus vindictæ miniſterium: & quod Rex in*
*uno ſaltem exercere debuerat propter terrorem multorum,*
*ipſi impudenter in multis perpetrare non metuunt propter*
*odium.* Sed adeo invaluit prava illa conſuetudo, ut 4.
nec principis imperio nec legibus ſtatim abrogari potu-
erit. Hinc diffidationes ejuſmodi certis limitibus cir-
cumſcriptas legimus in A. B. *tit. 17.* Vom abſagen. &
Reformation Keyſer Friedrichs des dritten zu
Franckfurt. A. 1442. §. Zum erſten/etc. ubi Imp. Fri- 5.
dericus III. dictum tit. 15. A. B. reſtringit ad eum caſum,
quo juſtitia denegata vel protracta eſſet. Cui ſimile quid
obtinuit moribus Langobardorum, uti accipiunt text.
*in 2. feud. 22. in fin.* quod nim. vaſallus potuerit *depræ-*
*dare dominum feudi, ſi ei iuſtitiam facere noluerit.* Add.
Syntagm: noſtr. Jur. Feud. *cap. 16. aph. 17. n. 2. 3.* Tandem 6.
latâ à Maximiliano I. & confirmatâ à ſequentibus Impp.
conſtitutione de pace publicâ, illi mores (die Selbge-
richte) ſunt exſtirpati, & privatæ diffidationes ac depræ-
dationes ſub graviſſimis pœnis prohibitæ. Vid. Königl.
Landfr. zu Wormbs An. 1495. Erklärung des
Landfr. zu Augſpurg 1500. it. Keyſerl. Landfr
zu Wormbs An. 1521. Erklärung des Landfr. zu
Nürnberg. An. 1522. it. zu Augſpurg An. *1548. 1555.*
*1557.*

*1557. 1559. 1560. 1570 1578.* P. H. O. *art. 129.* Iung. Arum. *diſc. 6. ad A. B. th. 16.* Martin. Rumelin. *diſſ. ad A. B. p. 2. diſſ. 6. th. 1. & ſeqq.* Gothofr. Anton. *diſp. feud. 13. in fin.* Sigiſm. Finckelthaus. *contr. feud. diſp. 11. contr. in fin.* Conr. Rittershuſ. *part. feud. L. 2. c. 8. q. 12.* Bocer. tr. *d. diffidat.*

7. Hæc de Iure civili. De jure naturali id non omnino liquidum: Nos & hoc jure privatam vindictam prohibitam, nec puniendi licentiam parti læſæ jure naturæ conceſſam eſſe, ita brevibus deducimus. Primò certum eſt, ad ſocietatem hominem naturâ ferri, & quidem maximè neceſſariò ad eam, quæ inter marem & fœminam eſt generationis causâ: ex quâ fluit ſocietas inter patrem & liberos: nec minus naturalis eſt ſocietas inter dominum & ſervum. Atque ex his ſocietatibus fit domus ſ. familia; ex pluribus familiis, naturâ impellente, perfectiſſima, civilis nim. ſocietas conſtituitur: uti hæc eleganter exponit Ariſtot. *L. 1. Pol. c. 2. & ſeqq.* Deinde omni dubio quoque caret, nullam ejusmodi ſocietatem poſſe conſtare ſine imperio & ſubjectione: atq; ipſum jus naturæ imperium & poteſtatem mariti in uxorem, domini in ſervum, patris in filium, ſuperioris in ſubditum dictare: ut itidem dilucidè oſtendit citatus Philoſophus *d. L. 1. Polit. c. 2. ſ. 12.* Denique ipſa recta ratio docet, poteſtatem & imperium abſque jure coërcendi & puniendi fore eluſorium: undè neceſſe eſt ei, cui jure naturæ imperium tribuitur, competere quoque eodem jure vindictam debitam in nocentes exercendi poteſtatem, per quam cogere ſubiectos poſſit ad ſervandum imperata. Iuxta hæc igitur veriſſima principia ſi conſideremus civilis ſocietatis primordium, domeſticam nim. ſocietatem, neceſſariò

ſe-

ſequetur, in eâ non licuiſſe jure naturæ ſe contra lædentem lædendo vindicare, ſed rem ad patremf. deferendam, ipſiusq; dijudicationi atque coërcitioni committendam fuiſſe. Convenientibus porro ſecundùm ipſius naturæ ductum pluribus familiis in unam civilem ſocietatem, non poteſt non, rectâ ratione id præſcribente ipſâque rei naturâ id exigente, apud ſolum ſuperiorem reſidere jus vindicandi injurias, non verò in privatis injuriâ affectis: aliàs non imperium eſſet, ſed ἀναρχία. Conf. Thom. *2. 2. q. 64. art. 3.* Summ. Sylveſtr. *tit. de homic. part. 1. §. 2. verſ. quartum* Dom. Soto *de I. & I. L. 5. q. 1. art. 3.* Gregor. de Valentia *comm. theol. tom. 3. diſp. 5. q. 8. punct. 3.* Ludov. Molina *tom. 1. & tom. 4. tr. 2. diſp. 2. n. 1. & n. 10. de I. & I. tr. 12. diſp. 22. & tom. 4. tract. 3. diſp. 6. n. 1. verſ. in pœnam.* Paulus Laymann. *theol. mor. L. 5. tract. 3. part. 3. c. 2.* Antonius Maſſa Galleſius *eleganti libello contra uſum duelli.* Bernhard. Derſchovv *d. duell. diſſert. poſter. §. 5. 6. 7. 8.* Fernand. Vaſquius *L. 1. contr. ill. c. 12. n. 3.* ubi ait: *ut nemo in ſuâ causâ iudicet, vel jus ſibi dicat, eſt regula iuris non ſolùm civilis, ſed etiam naturalis.* Gabriel Vazquez *tract. de reſtitution. c. 2. §. 1. dub. 9. num. 41.* *Vindicta,* inquit, *eſt reddere malum pro malo. Hæc eſt autem differentia inter perſonam privatam & publicam, quod hæc debet debito legali vindicare illatas injurias ſibi commiſſas, & ita cogi poteſt, ut vindicet: Illa verò tantum debito morali, ſcilicet ex decentia, unde cogi non poteſt, & ita ſi ſpectes rationem debiti vindictæ, ſubjectum eſt privata perſona, vindicatioq; dicit debitum morale tantùm, ſed perſona publica non eſt ſubjectum vindicationis, quia ille ut vindicat, non facit actum virtutis vindicationis, ſed juſtitiæ legalis, & commutativæ. Sed*

*executio hujus virtutis, ideſt, actus reddendi malum pro malo, non licet privatæ perſonæ, iſte enim eſt actus malus, contrarius charitati, cujus eſt facere cuiq; bonum, unde ſe non habet ad virtutem vindicationis, reddere malum pro malo, ſicut reddere bonum pro bono ad virtutem gratitudinis, ſingulareq; eſt in hac virtute, quod executio actus illius non pertinet ad ſubjectum illius, ille enim actus poſtulat coactivam poteſtatem publicam: concluditq; quod licet privatæ perſonæ ſe defendere, ne illi inferatur injuria; ſed non licet ultio injuriarum receptarum, reddendo malum pro malo: ſed qui recepit alapam, jam recepit injuriam, nec recuperari poteſt amiſſus honor, niſi reddendo malum pro malo: ergò illa eſt vindicta: ergo non licet privatæ perſonæ: & S. Thom. inquit, non licere vindictã, reddendo malum pro malo, niſi intentione aliqua boni, ad quod pervenitur per vindictàm, ſcilicet ad emendationem peccantis vel cohibitionem, quietem aliorum, juſtitiæ conſervationem, & DEI honorem. Sed qui vult honorem amiſſum alapâ recuperare, reddendo malum pro malo, ſolum intendit vindictam propter ſe, & ordinat malum alterius in compenſationem recepti; Ergò non licet.*

8. Diſſentit Fr. Connanus *L. 1. comm. c. 6. n. 8. Leges*, ait ille, *privatis quidem ſe defendendi poteſtatem dederunt, ulciſcendi ademerunt, cujus fuit utriusq; facultas jure illo primo naturæ.* Ut & Hugo Grotius *L. 2. de jur. bell. & pac. c. 20.* qui *n. 3.* dicit: *Hujus juris* (puniendi ſc.) *ſubjectum, i. e. cui jus debetur, per naturam ipſam determinatum non eſt. Dictat enim ratio maleficum poſſe puniri, non autem quis punire debeat: niſi quod ſatis indicat natura convenientiſſimum eſſe, ut id fiat ab eo, qui ſuperior eſt, non tamen ut omnino hoc demonſtret neceſſarium.* Verùm neceſſarium hoc

eſſe jam probavimus, & paulo inferiùs firmâ collectione oſtendemus. Diſtinguit deinde idem inter finem pœnis propoſitum, & *n. 5. dicit* : *pugnare cum naturâ hominis in hominem agentis alieno dolore, quà dolor eſt, ſatiari.* Quod nos latiùs *th. 3. & 4.* explicavimus. In *n. 7.* ſtatuit *punitionem, quæ aliorum emendationi inſervit, naturâ cuivis, qui judicio valeat & ejusmodi generis aut paribus vitiis non teneatur, eſſe licitam.* Quod de reprehenſione aliquâ, quâ ſeniores juniores, vel prudentiores minùs prudentes, vel meliores pravos à vitiis abſtrahere intendunt, concedere poſſumus; ſed injurias ſibi illatas vindicandi, aut puniendi delicta alia poteſtatem iſtis competere jus naturæ non videtur admittere. Imò Ariſtoteles paternam juſſionem neque vim neque neceſſitatem habere dicit, neque ullius viri, niſi Rex aut talis quis ſit. *10. Eth. ult.* Poſtmodùm *n. 8.* docet, *ſi ad utilitatem ejus, cujus intererat, non peccatum eſſe, (quam in eo conſiſtere dicit, ne poſthac tale quid patiatur aut ab eodem aut ab aliis,) dirigatur, vindicta etiam privata, eam, ſi jus nudum naturæ i. e. abductum à legibus divinis humanisq; & ab his, quæ non neceſſariò rei accidunt, reſpiciamus, non eſſe illicitam* : *ſive fiat ab ipſo qui læſus, ſive ab alio, quando hominem ab homine adjuvari naturæ ſit conſentaneum.* Eod. num : addit : *Sed quia in rebus noſtris & noſtrorum affectu corrumpimur, ideo ſimul multæ familiæ in unum locum convenerunt, judices conſtituti, & his ſolis data poteſtas vindicandi læſos, ademtâ cæteris, quam natura indulſerat, libertate &c* : Denique *n. 9. finem tertium pœnarum ponit in utilitate quorumlibet, & ad eum quoq; obtinendum puniendi jus*

*naturaliter penes unumquemq; eſſe dicit.* Repetit quoque ſuam ſententiam *d. c. n. 40.* his verbis: *Libertas humanæ ſocietati per pœnas conſulendi, quæ initiò, ut diximus, penes ſingulos fuerat, civitatibus, ac judiciis inſtitutis, penes ſummas poteſtates reſedit, non propriè quâ aliis imperant, ſed quà nemini parent. Nam ſubjectio aliis id jus abſtulit.* Verùm enimverò, cum jus naturæ, ipſo definitore Grotio *d. c. 20. n. 5.* ſit dictatum naturæ rationalis ac ſocialis: (*add. Eund. L. 1. c. 2. n. 1. ubi rectam rationem & naturam ſocietatis ad examen vocandam dicit:*) natura verò rationalis ac ſocialis dictet hominem non poſſe, niſi in ſocietate, vivere; ſocietatem neceſſariò ſubjectione & imperio conſtare, & imperio neceſſariò conjunctam vindicandi poteſtatem eſſe debere: Contraria utique erit juri naturæ privata vindicta, nec ob quemcunque finem ulli regulariter conceſſa, atque adeo nec per leges demum civiles privatis ademta: ſed ſecundum jus naturæ apud ſuperiorem, quat. imperat, poteſtas vindicandi injurias reſidebit. Qui enim facienda præſcribit, & ne fiant injuriæ prohibet, ipſi cogendi & transgreſſores puniendi vis competat neceſſe eſt. Nec video, quid ſibi velit Grotius, cum verbis ultimo loco citatis dicit, *poteſtatem puniendi non reſidere penes ſuperiores, quà aliis imperant, ſed quà nemini parent: & ſubjectionem aliis id jus abſtuliſſe.* Si namque aliis ſubjectio abſtulit illud jus, videtur certè ſequi imperanti quà imperanti id competere. Ex iisdem quoque verbis contra Grotium concludere poſſumus. Cum enim ſubjectio & imperium ſint à naturà; ſubjectio autem jus privatæ vindictæ adimat, ſequi neceſſe eſt, ipſam naturam vindictam privatam non admittere.

Non

Non obſtant noſtræ ſententiæ exempla & dicta, quæ pro defendendâ vindictâ privatâ *dd. nn.* affert Grotius: quædam enim illorum ſunt de iis caſibus, quibus & nos aliquando jure naturæ conceſſam eſſe privatam vindictam, theſibus ſequentibus dicemus; quædam verò de publicâ vindictâ optimè explicari poſſunt; quædam denique approbari nequeunt. Illud ex ſuperiùs dictis ſequitur,[1] ſi aliqua natio tam ſit, barbara & ſuperiorem non recognoſcat, nec familiæ unam remp. conſtituant, ſed, ut ait Ariſtot. κυκλωπικῶς ſ. cyclopum more quiſque, ſicut vult, vivat, & jura liberis & uxori reddat *10. Eth. ult.* quod tunc fas ſit familiæ læſæ vindictam ſumere de familiâ lædente, uti quoque tradit Molina *d. l. & l. tom. 1. tract. 2. diſp. 100. n. 6. & tom. 4. tract. 3. diſp. 2. n. 10.* Eâdem ratione diverſæ reſp., ſi de injuriis ab unâ alteri illatis pacificè tranſigere nolint, bello eas vindicare neceſſe habent, *c. 2. q. 2. 23.*

## APHOR. III.

Sunt tamen certæ cauſæ, ob quas vel naturalis vel civilis ratio privatam vindictam, obſervatis quibuſdam requiſitis, concedit. OB QUASDAM CAUSAS PRIVATA VINDICTA CONCESSA.

*SUMMARIA.*

1. *Jus naturæ in ſe immutabile.*
2. *Quædam jure nat. regulariter ſolùm prohibentur.*
3. *Et variatio accidit ob circumſtantias.*
4. *Ita quoq; privata vindicta 1. nat. prohibita; aliqn. jure nat. licita.*
5. *Iure etiam poſitivo præter jus naturæ privata vindicta admiſſa eſt.*
6. *Accommodatur hoc & explicatur. l. 6. d. j. & j.*

*7. Superior, ipſi competens, inferiori, commodo reipub. exigente, concedit.*

1. IMmutabile quidem eſt jus naturale, *§. pen. de I. & I.* verùm non omne ita immutabile, ut impoſſibile eſt ignem non urere, Ariſt. *5. Eth. 10.* Sunt enim gradûs de-
2. cretorum & præceptorum juris naturalis: & aliud eſt juris naturalis ſimpliciter, ut DEUM eſſe colendum, honeſtè eſſe vivendum: aliud regulariter, cujusmodi eſſe putamus prohibitionem privatæ vindictæ. Contingit
3. quoque nonnunquam variatio eorum, quæ juris natur. ſunt, non quod mutatio in lege fiat, ſed propter adventum circumſtantiæ, quæ extrahit objectum è numero eorum, quæ lex comprehendebat: quare fit, ut ſine ullâ legis mutatione, lumine intellectûs dictante & interpretante, id eodem jure naturæ juſtum ſit, quod regulariter, non conſideratâ illâ circumſtantiâ, injuſtum videri poſſit. Sic eleganter Petrus Peckius. *Solet*, iuquit, *jus naturæ interpretationem aſſumere ex ratione moderatrice, quæ & iſtius juris naturæ portio eſt. ad c. 2. de R. J. in 6. num. 18.* Conf. Thomas *2. 2. q. 57. art. 2.* Soto *de I. & I. L. 1. q. 5. art. 5.* Molina *de I. & I. tom. 1. tract. 1. diſp. 4.* Dn. Georg. Frantz-
4. kius *exerc. Jurid. 1. q. 10.* Licèt igitur jus naturale privatam vindictam prohibeat, ſi tamen quis in vitæ periculo ſit conſtitutus, nec aliter id avertere poſſit, quàm privatam vindictam exercendo & invaſorem occidendo, hoc etiam eodem jure juſtum eſt: & videtur ipſum jus naturæ excipere eam vindictam, quæ fit defenſionis gratiâ in continenti, adhibito rationis moderamine, ſicut docet quoque Vaſquius *L. 1. illuſtr. quæſt. c. 1. 2. n. 3.* & Valentia *d. tom. 3. diſp. 5. q. 8. punct. 1. verſ. tertia aſſertio eſt.*

&

*& punct. 4. verſ. ad quartum.* Iung. Georg. Obrecht *tr. de nec. def. c. 1. n. 20.* Atque huc ſpectat elegantiſſima Ciceronis ſententia *in orat. pro T. Ann. Milon. ſ. 4. Eſt hæc,* dicentis, *non ſcripta ſed nata lex; quam non didicimus, accepimus, legimus: verùm ex naturâ ipsâ arripuimus, hauſimus, expreſſimus, ad quam non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus: ut, ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, ſi in tela aut latronum aut inimicorum incidiſſet: omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis. Silent enim leges inter arma, nec ſe exſpectare jubent, cum ei, qui exſpectare velit, antè injuſta pœna luenda ſit, quàm juſta repetenda.* Porro jus poſitivum ob civilem aliquam rationem 5.
efficere poteſt, ut aliquid liceat, quod ſecluſo tali jure non liceret; nec verò tunc aliquid ſtatuitur contra jus naturale, ſed apponitur circumſtantia ex parte objecti, quæ facit, ut ſalvo jure naturæ hoc obtinere poſſit. Molin. *d. l. n. 7.* Et hoc eſt, quod in *l. 6. de I. & I.* dicitur, jus 6.
civile neque in totum à naturali vel gentium recedere, nec per omnia ei ſervire. Cum itaque jus naturæ ſupe- 7.
riori attribuat vindicandi poteſtatem, recte ſuperior, ſi id videat expedire reip., certis caſibus eam privatis permittere poteſt, ita ut, non tam ut privatus, quàm ut ex conceſſione poteſtate publicâ fruens, vindicandi licentiam exerceat: quod etiam confirmant expreſſa verba *l. ult. C. quando. lic. unic' ſine jud. ſe vind. cuncti adverſus latrones publicos deſertoresq́; militia jus ſibi ſciant pro quiete communi exercendæ publicæ ultionis indultum.* Et eodem tendit Franc. Zoannettus *tract. de def. trip. p. 1. n. 32.* quando ait: *valet ſtatutum, per quod non rectà itur contra jus divinum. In Decalogo enim quamvis præceptum ſit, ne*

*quis occidat, alibi tamen legitur, qui occidit, occidatur: ergo ex cauſſâ poterunt leges & ſtatuta fieri, ut quis poſſit impune occidi; puta exſul aut agrorum populator.* Add. Soto *L. 5. q, 1. art. 3. §. ad primum argumeutum. verſ. ex hâc a. ſolutione.* Gabr. Vazquez. *opuſc. mor. tr. d. remit. c. 2. ſ. 1. dub. 2. num. 6.*

## Aphor. IV.

Quarum sex.

Cauſas, ob quas privata vindicta licita, has eſſe exſtimo: I. eſt, urgens neceſſitas. II. Patria poteſtas concurrente delicti magnitudine, & ſummâ in familiam injuriâ. III. Maritalis poteſtas concurrente itidem enormi delicto & maximâ injuriâ. IV. Dominica poteſtas. V. Expeditiſſima injuriæ propulſandæ jurisve noſtri conſeruandi, æquitate ita ſuadente, commoditas. Denique ſunt casûs, quibus (1) vi conventionis; vel (2) propter voluntatem ultimam defuncti rem propriâ autoritate apprehendere, atque ita quaſi ſibi ipſi jus dicere licet. Quibus, in quos, & quomodo, has ob cauſas privata vindicta competat, nunc ſigillatim exponam.

## CAPUT TERTIUM.

DE

# Vindictâ privatâ licitâ, ex cauſa Neceſſitatis, pro defenſione ſalutis publicæ.

### APHOR. I.

Primam cauſam urgentem nim. neceſſitatem quod attinet: ſpectat ea defenſionem. Hæc autem quadruplex eſt: (I.) ſalutis publicæ; (II.) Vitæ. (III.) Pudicitiæ. & (IV.) Rerum. PRIMA CAUSA URGENS NECESSITAS.

CAuſam hanc neceſſitatis ſatis exprimunt Impp. in *l. 1. C. quando unic. lic. ſin. jud. ſe vind. Melius eſt*, dicentes, *occurrere in tempore, quam poſt exitum vindicare : & : quod ſerum eſt punire in judicio, ſubjugamus edicto.* Et *in l. 2. eod.* pro quiete communi, quæ primum caput eſt, ad quod neceſſitas ſpectat, indulta vindicta dicitur. Add. Molina *tom. de I. & I. tract. 3. diſp. 6. n. 1.*

### APHOR. II.

Pro defenſione ſalutis publicæ propter urgentem neceſſitatem licet occidere cuivis (1.) Hoſtem. Hæc ſpectat defenſionem I. ſalutis publicæ. 1. adverſus hoſtē.

*SUMMARIA.*

1. *Hoſtis deſcribitur.*
2. *Hæc vindicta ſingulari ratione nititur.*

*3. Qu: an Tyrannum privatis interficere liceat.*

1. *l. 3. §. ult. ad L. C. de ſic. c. 3. q. 1. 23.* Dicitur verò hoſtis qui P. R. aut cui P. R. publicè bellum decrevit *l. 24. de capt.*
2. *& poſtl. rev. l. 118. de V. S.* Verùm hæc vindicta, quæ per bellum fit, longè diverſam ab aliis caſibus habet rationem, & latiori indiget tractatione, quam de eâ ſuſcipere propoſitum noſtrum non admittit. Videatur Alberic. Gentilis, & Hugo Grotius *tract. de jure belli & pacis.* Balthazar Ayala *de jure & off. bell.* Henr. Bocerus *de bello.* Thomas *2. 2. q. 40.* Summ. Sylveſtr. *tit. de bello. p. 1. 2. & 3.* Valentia *d. tom. 3. diſp. 3. q. 16.* Molina *tom. 1. de I. & I. tract. 2. lin. 98. ad diſp. 124.* Dominicus Bannes *comm. in Thom. d. 2. 2. q. 40.* Filliucius *tom. 2. quæſt. mor. tract. 29. c. 9.* Laymann. *theol.*
3. *mor. L. 2. tract. 3. c. 12.* Cæterum poteſt huc etiam illa referri quæſtio: *an privatis tyrannum interficere liceat?* Diſtinguendum autem eſt inter tyrannum eum, qui quidem legitimè ad imperium eſt evectus, ſed malè remp. adminiſtrat; ac eum, qui injuſtâ vi invaſit regnum; & hic vel bene poſteà vel malè ſe gerit in imperio. *Ariſt. 2. Sol. 7.* Primi generis tyrannus occidi à privatis non poteſt: titulum enim is ſui principatûs malitiâ ſuâ non amittit. Secundi generis tyrannum quod attinet, eum in invaſionis actu rectè etiam à privato ad inſtar hoſtis occidi certum eſt: ſed non adeò liquidum, quid dicendum, poſtquam jam vi occupavit remp. & poſſidet: videntur verò optimè ſentire illi, qui hunc non facilè, cumprimis ſi remp. benè adminiſtret, privatis dejiciendi à poſſeſſione poteſtatem concedendam ſuadent. Add. Sylveſter *in ſumm. tit. tyrannus.* Gregor. de Valent. *d. tom. 3. diſp. 5. q. 8. punct. 3. verſ. primum.* Molina *tom. 4. tract. 3. diſp. 6. n. 2.*

Filli

Filliucius *tom. 2. qu. mor. tract. 29. c. 1. n. 12. & ſeqq.* Dn. Bened. Carpzov. *comment. in Leg. Reg. Germ. cap. 14. ſect. 3.* Paulus Chriſtinæus *deciſ. belg. vol. 2. deciſ. 152. n. 9.* Grotius *d. tr. L. 1. c. 4. n. 16. & ſeqq.*

## APHOR. III.

### (2.) Transfugam.

(2.) Adverſus transfugam.

*d. l. 3. §. ult. ad L. C. de ſic.* Eſt verò transfuga, qui malo conſilio & proditoris animo patriam reliquit *l. 19. §. 4. de capt. & poſtl. rev. add. d. l. 19. §. 8. & l. 5. §. 5. de re milit:* Ratio, cur transfugas occidere liceat expreſſa eſt in *d. l. 19. §. 4. & d. l. 3. §. ult.* quod nim. hoſtium numero habendi ſint. Cum igitur ex civibus hoſtes ſint facti, & ſerum ſit plerumque, eos punire judicio; (ut loquitur *l. 2. C. quand. unic. lic. ſine jud. ſe vind.*) meritò vis, quam inferunt ſaluti publicæ, vi etiam à quovis reip. cive ut repellatur, conceſſum eſt. Vnde talis ad patriam delendam, & parentes & liberos interficiendos veniens ſine ſcelere, etiã à filio aut patre, occiditur *l. 35. de rel. & ſumt. fun.* Add. Joh. Sichardus *in l. 1. & 2. C. d. t. n. ult.* Henr. Bocerus *de omn. gen. homic. L. 1. c. 2. n. 10. & ſeqq.* Petr. Fab. *ſemeſtr. L. 1. c. 18.* Petrus Pappus von Tratzberg/ Prætor militaris Legionis Gröning-Omlandicæ. *annot. ad art. 55.* Holländiſch Kriegsrecht.

## APHOR. IV.

### (3.) Militiæ deſertorem.

(3.) Adverſus militiæ deſertorem.

*l. 2. C. de deſert. l. 2. C. qu. lic. unic. ſin. jud. ſe vind. vel publ. devot.* Habetur autem deſertor quisquis belli tempore aberit à ſignis *l. 1. C. de deſertor.* Hunc cuivis op-

primendi & ( maximè ſi armis reſiſtat) occidendi licentiam tribuunt Impp. *dd. ll*, quia publicam devotionem ſeu fidem reip: ſacramento datam lædit, deſertâque militiâ violat. Ant. Perez. *in C. d. t. qu. lic. unic ſine jud. ſe vind. n. 2.* Iung. Henr. Bocerus *tract. de omn. gen. homic. L. 2. c. 2. n. 8. 9.* Paulus Chriſtinæus *v. 5. deciſ. belg. 148. n. 5. 25. & 26.* Hanc tamen privatam vindictam moribus vix receptam eſſe dicit Paulus Buſius *ad l. 13. quod. met. cauſ.*

## APHOR. V.

4. Adverſus famoſum & publicum latronem.

(4.) Famoſum & publicum latronem, etiam non invadentem.

*l. 1. l. 2. C. d. t. qu. lic. unic. ſin. jud. l. 4. C. ad L. C. de ſicar.* Et *in d. l. 1. in fin.* nec militi parcendum dicitur, *cui obviare telo oporteat, ut latroni.* Vid. etiam **R. A. zu Augſpurg** A. 1559. §. **und haben uns dennach.** *& ſeqq.* Statuunt autem Hermannus Vulteius *in d. l. 1. n. 14. & ſeqq.* & Matth. Weſenbec. *in eand. l. n. 1. & 2.* non invadentem latronem (ut & populatorem agrorum de quo *theſ. ſeq.*) invadi & occidi non poſſe. Verùm rectiùs diſtingui exiſtimo, inter latrones famoſos, quos notum eſt in publicis viis graſſari, viatores ſpoliandi vel etiam occidendi causâ: & non famoſos. Poſteriores latrones non poſſumus abſque præcedente aggreſſione in viâ publicâ occidere, cum aliunde conſtare nequeat, quod ſint latrones. In famoſo autem latrone non requiritur, ut prior ipſe invadat, ſed cuivis ad quietem pacemque communem conſervandam eos adoriendi ( etiam ex inſidiis *l. 1. §. de dol. mal.)*, opprimendi, necandi, liberrima datur facultas, ut is *mortem, quam minabatur* ( non ei tantum

tum, qui occidendo eam ſecuritatem in poſterum omnibus parit, ſed generaliter unicuique prætereunti,) *excipiat, & id quod intendebat, incurrat, d. l. 1. l. 2. verb. pro quiete communi.* Reſpicitur enim his caſibus periculum futuri mali ex dilatione pœnæ, ut ait Grotius *L. 2. de jur. bell. & pac. c. 20. n. 17.* Atque hæc ſententia & verbis & menti Impp. eſt conſona, uti eleganter explicat Hilliger *ad Donell. l. 17. c. 2. lit. o.* Add. Bocerus *d. tr. l. 2. c. 2. n. 2. & ſeqq.* Ludov. Gilhauſen *arb. jud. crim. c. 2. tit. 16.* Joh. Aloyſ. Catalanus *tract. crim. d. amneſt. ſ. abolit. c. 35. n. 31.* Neq; vocula *ilicò in L. 1.* arguit, quaſi ex intervallo post vim illatam occidi nequeat, ſed admonitionem continet, ut maturetur cædes, ne ulterius pluribus noceat, aut elabatur, & pœnam evitet.

## Aphor. VI.

## (5.) Nocturnum populatorem agrorum.

5. Adverſus nocturnum populatorem agrorum.

*d. l. C. qu. unic. lic. ſe ſin. Jud. vind.* Dicitur verò iſtiusmodi populator, qui nocte agros vaſtat, ſegetes accendit, vites incidit, arboribùſve damnum infert. Gloſſ. *in d. l.* Marta *Dig. noviſſ. tom. 2. tit. depopulator. c. 1. & 2.* Atque hic perinde ut latro à quovis ob publicum bonum occidi poteſt. Iung. Proſp. Farinac. *L. 4. pract. crim. tit. 14. q. 125. n. 204. & ſeqq.* Hillig. *d. lit. o.* ubi *circ. fin.* dicit: *eſt hic unus, opinor, caſus, quo ob rerum defenſionem cædes licita eſt, intuitu tamen non tam offenſæ privatæ, damniq́; illati, quàm quietis publicæ.*

## Aphor. VII.

## (6.) Bannitum imperii.

6. Adverſus bannitum imperii.

SUMMARIA.

1. *Bannum imperii deſcribitur.*
2. *Hujus caſus differentia à prioribus.*
3. *Bannitus ſalvâ conſcientiâ occidi poteſt.*
4. *Patrem non poteſt occidere filius.*
5. *Nec maritum uxor.*
6. *Remittitur ad alios autores.*
7. *Alia eſt ratio banni Saxonici.*

1 EST Bannum imperii (Bann/ Keyſerliche Acht/) judicialis cenſura, quâ violatoribus pacis publicæ aquâ & igni inter dicitur, ita ut à nemine in clientelam, fidem & amicitiam recipi; tam verò in rebus quàm in perſonâ ab omnibus impunè offendi poſſint. Gail *L. 2. de pac. publ. c. 1. n. 20.* Keyſerl. Cammerger. Ordn. *Part. 2. tit. 9.* §. So jemand. *ibi :* So bald auch der oder dieſelben Thäter und Friedbrecher/ alſo durch die Keyſerl. Majeſtat/ uns als Römiſchen König/ oder das Keyſerl. Kammergericht mit vorgehender citation oder fürheiſchung alſo in die vermeldte Acht gefallen seyn/ declarirt, und erkläret/ ſollen des oder derſelben Leib und Gut allermänniglich erlaubt ſeyn: und niemandts daran freveln oder verhandeln können oder
2. mögen. Hujus tamen casûs à prioribus differentiam non inſcitè notat Grotius L. *2. de jure bell. & pac. c. 20. n. 17. In hoc differt,* inquiens, *jus occidendi exſules, quos bannitos vocant, ab iſtarum legum ſpecie, quod ibi præcedit ſpecialis ſententia, hic generale edictum accedente facti evidentiâ*
3. *vim latæ ſententiæ obtinet.* Unde non dubito, ſalvâ conſcientiâ poſſe quem hujusmodi bannitum, quem ob atrocitatem ſceleris è medio tolli vult magiſtratus, ob bonum publi-

publicum occidere: quod optimè confirmat Filliucius *quæſt. mor. Tom. 2. tract. 29. c. 2. n. 23.* ubi *uſum concedendi talem facultatem, ut proſcripti publicè vel banniti vel diffidati poßint à quolibet occidi licitum eſſe*, rationem reddit hanc: *quia idem eſt, ac ſi quilibet tunc conſtituatur miniſter juſtitiæ. Curandum tamen*, addit, *ut abſit animus vindictæ & odii, quod intercederet ob privatas offenſiones.* Idem docet Sylveſter *in ſumm. tit. de aſſaſſ. verſ. tertiò quæritur.* Nellus à Sancto Geminiano *tract. de bannitis. temp. 2. part. 2. n. 11.* Clarus *rec. ſent. l. 5. §. homicidium. n. 54.* Laymann. *theol. mor. l. 3. tract. 3. part. 3. c. 2. n. 2.* Diſſ. Henn. Arniſæus *l. 2. de jur. maj. c. 3. n. 9.* A generali verò illâ conceſ- 4.
ſione excipi filium reſpectu patris dicendum eſt, quia ut pater bannitus occidatur à filio, pugnare videtur cum pietate & charitate patri debitâ, *arg. l. 38. §. 9. ad l. Iul. de adult. l. 8. de R.I. N. 12. c. 12. in fin.* (*ibi: licet legum contemtor & impius ſit, tamen pater eſt,*) Covarruv. *tom. 1. de matrimon. part. 2. c. 7. §. 7. n. 8.* Menoch. *arbit. jud. quæſt. l. 1. q. 90. n. 43.* Filliucius *d. tom. 2. tr. 28. c. 1. n. 10.* Iung. Gulielm. Bökelius *viſion. de publ. judic. diſq. 7. n. 2.* Similiter 5.
nec uxori licet occidere maritum bannitum, quippe cum contra reverentiam, quæ maritis exhibenda eſt, id eſſe apareat, ut in alio caſu loquitur Vlpianus *l. 14. in fin. ſol. matrim.* Joh. Bapt. Bajardus *addit. ad Clar. l. 5. rec. ſent. §. homicidium n. 229.* Marta *digeſt. noviſſ. tom. 2. tit. bannitus. c. 26.* Laymann. *d. l.* Fuſiùs de hoc offendendi bannitos 6.
jure agunt Nellus à Sancto Geminiano *d. tr. temp. 2. part. 2.* Gail. *de pac. publ. c. 5. n. 12. & ſeqq.* Matt. Berlich. *concluſ. practic. part. 4. concl. 6. n. 27.* Gilhauſen *arb. jud. crim. c. 6. part. 1. §. 18. n. 3. & ſeqq.* Clarus *d. §. n. 53. &*

Bajar-

Bajardus *in addit. ad clar. d. 9. n. 188 & ſeqq.* Menoch. *d. quæſt.* Camill. Borrell. *de magiſtr. edict. l. 3. c. 6.* Petrus Theodor. *coll. crim. D. ult. th. 4. ſub. lit. a.* Laymann. *d. l. 7.* Cumprimis autem hic notandum, plurimos Dd. confundere bannum illud imperii cum banno Saxonico, ad coërcendam fugitivorum reorum contumaciam adinvento, ita ut etiam hujusmodi bannitum impune occidi poſſe velint, quod rectiſſimè negat Dn. Carpzovius *prax. crim. part. 3. q. 140. n. 133. & ſeqq.* Reſp. *L. 6. reſp. 91.* Dn. David Mevius *comm. in jus Lubec. l. 4. tit. 17. art. 1. n. 18. & ſeqq.* Dn. Richter. ſocer meus venerandus. *tract. de jur. & ordin. ſucceß. ab inteſt. ſect. 5. num. 54.* quos vide ſis.

## APHOR. VIII.

7. Adverſus Zigaros.

### (7.) Zigaros.

Vid. R. A. zu Augſpurg An. 1500. *tit.* von den Zigeunern. Reformat. guter Policey A. 1530. A. 1548. *d. t.* Policeyordn. An. 1551. §. Nachdem. An. 1577. *tit. 28.* Conf. Martin. Mager. à Schönberg *tract. de advoc. armat. c. 8. n. 77. & ſeqq.* Bernh. Zieritz. *ad conſt. crimin. Carol. art. 39. verb. incertis laribus.* Petr. Frid. *de interd. comm. 29. tit. 3. n. 72. & ſeqq.* Dn. Ahaſv. Fritſch. *tract. d. Zigar.*

## APHOR. IX.

8. Adverſus maleficos.

(8.) Huc refero, quod cuilibet privato permiſſum ſit maleficiorum labe pollutos deprehendere, occupare & illicò ad publicum pertrahere & judicum oculis communis hoſtem ſalutis oſtendere.

*SUM-*

*Summaria.*

1. *Malefici qui*

2. *Mathematici vox explicatur.*

*l. f. C. de mal. & mathem.* Petrus Binsfeld. *comm. in d. l.* Add. Peregr. Ianninium *de cit. reali l. 1. c. 2.* Dicuntur autem ibi *malefici* in ſpecie venefici & incantatores. Perez. *n. 1. d. t.* vid. *l. 7. eod.* ubi humani generis inimici nominantur. Referuntur autem *in d. l. 7.* inter maleficos *mathematici:* quorum nomine quid veniat Perez. *d. t. n. 5.* ita explicat: *Mathematici dicuntur non illi, qui ſiderum motûs, &, qui ex illis ſequuntur, effectûs inquirunt, coluntq́; geometricam artem, reip. utilem. l. 2. h. t. Sed qui ex nativitatibus & ſolâ ſiderum obſervatione, atq; variâ manuum vultûsq́; inſpectione futura prædicere & artibus quibusdam & ſuſurris magicis ſcire ſe omnia & facere ſe poſſe profitentur.* Et Grotius *flor. ſparſion. ad Jus Juſtin. d. tit.* *Mathematicorum,* ait, *vox eo tempore infamis erat, ſignificans eos, qui ex aſtris futurorum notitiam profiterentur.* Quò ſpectat locus Gellij *L. 1. c. 9: Vulgus, quos Gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, Mathematicos dicit.* Confirmat has explicationes *l. 5. C. eod. tit.* in quâ *divinandi curioſitas* prohibetur. Videtur autem tum temporis nimius illius divinandi ſcientiæ abuſus, eique magia quædam admixta fuiſſe. Add. Paul. Grillandus *tr. de ſortileg. q. 3. n. 13. q. 11. n. 16.* Bachov. *ad Tr. vol. 2. D. 32. th. 7. lit. c.* Binsfeld. *in d. t.*

CAPUT QUARTUM.

De

# Defenſione vitæ & corporis.

APHOR. I.

II. Vitæ & corporis defenſio neceſſaria.

(II.) Pro defenſione corporis & vitæ violento aggreſſori reſiſtere, &, ſi aliter nos tueri nequeamus, eum interficere juſtum eſt. Dicitur hæc in ſpecie neceſſaria defenſio; homicidium neceſſarium. Germ. **Nothwehr/ rechte Gegenwehr/ gedrengter Todſchlag.** De hujus (1.) requiſitis. (2.) Probatione; & (3.) exceſſu nunc agemus.

*SUMMARIA.*

1. *Hæc licita jure civili.*
2. *Naturali.*
3. *In defenſione non occiditur homo ex intentione.*
4. *Quæ ſententia defenditur.*
5. *Qui omittit defenſionem peccat.*
6. *Reſpondetur dubio ex Ariſtotele deſumto.*
7. *Explicatur obſtans. c. 11. q. 5. 23.*

STatuit hanc defenſionem *l. 3. de I. & I. §. 2. I. ad L. Aquil. l. 4. pr. l. 45. §. 4. D. eod. l. 2. l. 3. C. ad L. C. de ſicar.* **P. H. O.** *art. 139. & ſeqq. c. 18. de homicid. c. 3. de ſent. excomm. clem. un. de homicid.* ubi etiam dicitur, *quod propterea*

pterea percuſſor non fiat irregularis, quâ de re Abb. Panormit. in c. clerici. 2. d. vit. & hon. cler. n. 2. Covarruv. tom. 3. rel. clem. ſi furioſus. d. homicid. part. 3. §. un. Joh. Honor. Van. Axel. comp. jur. can. l. 5. tit. 12. n. 31. & ſeqq. Laymann. theol. mor. l. 3. tract. 3. part. 3. c. 9. Juris quoque natura- 2.
lis hanc defenſionem eſſe ex ſuperius, aph. 10. dictis conſtat: & confirmat id l. 4. ad L. Aquil. l. 45. §. 4. eod. l. 3. de I. & I. l. 1. §. 27. de vi & vi arm. c. 7. diſt. 1. c. 18. de homic. vid. eleganter de hâc defenſione tractantem Alb. Bolognet. in l. 3. de J. & J. Add. Thomas 2. 2. q. 64. art. 7. 3.
Molina tom. 4. tract. 3. diſp. 11. & diſp. 13. Qui tamen d. diſp. 11. & cum eodem faciens Filliucius tom. 2. tr. 29. c. 3. n. 37. diſputat contra Thomam, ſtatuentem non licere intendere mortem aggreſſoris: & Gregorio de Valentia d. tom. 3. d. 5. q. 8. punct. 4. verſ. nam ſi licet. videtur nimis durum, obligare hominem in eâ neceſſitate conſtitutum ad ejusmodi metaphyſicam. Verùm rectè Grotius l. 2. d. tr. c. 1. 4.
n. 4. Bene dictum eſt, inquit, à Thomâ: ſi rectè accipiatur, in defenſione hominem non occidi ex intentione: non quod non interdum, ſi alia ſalutis non ſuppetat ratio, non liceat deſtinatò id facere; unde mors aggreſſoris ſit ſecutura, ſed quod hic mors illa non eligatur, ut quiddam primariò intentũ, ſicut in punitione judiciali, ſed ut unicum, quod eo tempore ſuppetit, cum is qui impetitus jam eſt, etiam illo tempore malle debeat aliquid facere, quo alter abſterreatur, aut debilitetur, quam quo intereat. Sed quæritur: an ita ſit juris 5.
nat. ut qui defenſionem neceſſariam omittat, peccet? Affirmat hoc Paulus de Caſtro in l. 1. §. jus gentium. n. 9. de Juſt. & Jur. Proſp. Farinac. P. 5. Prax. crim. q. 125. n. 23. Georg. Obrecht. tr. de nec defenſ. c. 1. n. 21. & ſeqq. Et videtur

videtur hæc ſententia inde confirmari poſſe, (1.) quod na-
turale jus jubeat, vitam defendere legitimis mediis; hoc
verò medium eſſe legitimum jam ſatis probavimus: er-
go qui id non adhibet, & ita vitâ privatur, vim qſ. ſibi ipſi
infert. (2.) Qui conſentit in ſui injuſtam interfectionem,
ille utique peccat: talis verò videtur conſentire, eò quod
poſſit prohibere ne occidatur, adeoque cum permittat ſe
6. occidi, conſentit, *arg. l. 50. de R. I. & c. 8. q. 3. 23.* Nec
verò nobis obeſt illud Ariſtot. *5. Eth. ſeſe lædere eligit ne-
mo, unde nullius erga ſe injuſtitia eſt.* Verum enim eſt,
quod non reſiſtens aggreſſori ſed interfectionem ſui ad-
mittens, nullam in ſe ipſum committat injuſtitiam: pec-
cat autem is in naturam, cujus præcepta violat, & in remp.,
quam cive privat, add. Ariſt. *L. 5. Eth. 15.* Jung. Franciſc.
Zoannett. *P. 1. def. tripart. n. 8. 9. 10.* Theodor. *coll. crim.
d. ult. th. 1. lit. f. circ. fin.* Chriſtian. **Kremberg.** *de nec. de-
fenſ. quæſt. 1.* (ubi etiam *n. 86. & ſeqq.* ſtatuit eâdem pœnâ
eum, qui omittit ſe defendere, afficiendum, quâ afficiun-
tur αὐτόχειρες; quod tamen vix admitto, cum illius deli-
7. ctum alterius violenta aggreſſio minuere videatur.) Re-
probat noſtram ſententiam Covarruv. *Tom. 1. P. 2. c. 8.* §.
*12. n. 33.* ex text. *non eſt noſtrum c. 11. q. 5. n. 23.* ad quem facilis
eſt reſponſio: ipſa enim verba oſtendunt, ibi prohiberi
αὐτοχειρίαν, & eum, qui in perſecutionibus propriâ ma-
nu perit, non venerandum nomine martyris: & ita rectè
dicitur: *non eſt noſtrum mortem arripere* (h. e. nos ipſos
occidere), *ſed illatam ab aliis* (contra quos nimirum vel
defendere nos non poſſumus vel non debemus, ut fit in
perſecutionibus) *libenter excipere.* Conf. Ameſ. *l. 5. d. conſc.
c. 31. n. 13.* Diſſentit quoq; Molina *Tom. 4. Tract. 3. diſp. 14.*

APHOR-

## Aphor. II.

Requiritur autem, ut defenſio hæc ſit juſta, I. Præcedens aggreſſio injuſta, quâ vis corpori aut vitæ intenditur. Ad quam requiritur. I. Aggreſſio.

*Summaria.*

*1. Aggreſſio ſufficit.*
*2. Nec requiritur, ut quis ſuſtineat primum ictum.*
*3. Non ſufficiunt minæ.*
*4. Sed poteſt peti cautio de non offendendo; & de bene vivendo.*
*5. Aliquando ante aggresſionem licitam eſſe occiſionem probat Molina.*
*6. Quod refutatur & limitatur.*
*7. Offenſio debet eſſe injuſta.*
*8. Vis intenditur corpori aut vitæ.*
*9. Ob verbera non periculoſa non licita eſt occiſio.*
*10. Sic ceſſat periculari ceſſat etiam hæc defenſio.*
*11. Propter rerum defenſionem.*
*12. Nec pro famæ defenſione.*

*l. 3. ibi: vim atq; injuriam.* P. H. O. *art. 140.* So einer jemand mit einer tödlichen Waffen oder Wehr überlaufft/anficht oder ſchlägt / etc. *art. 142. ibi:* Der erſten tödlichen Anfechtung oder Benötigung/darauf/ als obſtehet/die Nothwehr gegründet. 1. Non autem requiritur, ut primum ictum quis ſuſtineat, ſed aggresſio ſola, offendendi animum præ ſe ferens, ſufficit *l. 3. C. ad L. C. de ſicar.* ibi: *ſi quis percuſſorem ad ſe venientem gladio repulerit. l. 4. ibi: inferendæ cædis voluntate, C. d. t. text. exp.* P. H. O. *art. 140:* Iſt auch mit ſeiner Gegenwehr/ biß er geſchlagen wird/ zu warten nicht ſchuldig. Add. 2.

 Mar-

Marium Salomon. *in l. 3. de I. & I.* Zoannett. *P. 2. def. tripart. n. 44. & ſeqq.* Farinac. *d. q. 125. p. 1. n. 52. & mult. ſeqq.* Eberh. Speckh. *cent. 3. cl. 2. q. 8.* Georg. Obrecht. *Tr. de neceſſ. defenſ. c. 11. n. 10. & ſeqq.* Theodor. *d. d. ult. th. 5. lit. e.*

3. Non tamen ſolæ minæ ad læſionem minantis impellant. Domin. Arumæus *Diſp. ad pand. 1. th. id circ. fin.* Dn. David Mevius *comm. in jus Lubec. l. 4. tit. 4. art. 10. num. 11.*

4. Sed poteſt tunc peti cautio de non offendendo, quâ de vide Tract. Franciſc. Herculani: vel etiam cautio de bene vivendo, quam præſtandam eſſe à clerico rixoſo dicit Joh. Aloyſ. Riccius *prax. rer. for. Eccl. P. 2. deciſ. 166 n. 25. 26.*

5. Dubium hic oritur: an, quando quis alicujus vitæ inſidiatur & eum interficere decrevit, fas ſit huic illum ante aggreſſionem, ne ipſe interficiatur, interficere? Molina *Tom. 4. Tr. 3. diſp. 12.* dicendum exiſtimat, fas eſſe interficere eum, quem certò, non ex ſuſpicione, licèt magnâ, ſcimus decreviſſe nos interficere, etiam antequam nos aggreſſus fuerit, quando aliter non patet via evadendi mortis periculum. Cui conſentit Filliuc. quæſt. mor. *Tom. 2. Tr. 29. c. 3. n. 39.* qui *n. 40.* addit, *tunc tantùm eſſe*
6. *præventionem phyſicam; at defenſionem moralem.* Verùm quia ejusmodi caſus vix evenire poteſt, ut quis nequeat aliter evitare periculum; neque etiam facilè quis certò ſcire poteſt, alterum ſibi hoc omnino propoſuiſſe, præſertim cum iſtum propoſiti ſui poſſit pœnitere: ideo ſemper aggreſſionem requiri arbitror. Si tamen ejusmodi ſingularis caſus accideret, optima eſſet ſententia Soti *l. 5. de I. & I. q. 1. art. 8.* fundata in *arg. l. 1. §. 2. de jur. delib.* ut tunc arbitrio prudentis quid in iſtiusmodi caſu ſingulari judicandum ſit, ſpectatis circumſtantiis omnibus definiretur

retur. Ipſe quoque Filliucius *d. n. 40. in fin.* monet *in praxi cautè adhibendum illum modum ob periculum abuſus, quia raro contingat, ut non ſit alius modus evadendi.* Add. Grotius *l. 2. c. 1. n. 5.* Diximus porro requiri offen- 7.
ſionem *injuſtam*: hinc cum bannitus juſtè offendatur ejus defenſio eſt, injuſta: idem enim eſt ac ſi quilibet tunc juſtitiæ miniſter conſtitutus ſit. Baldus *ad l. 1. C. quando lic. unic. ſine jud. ſe vind.* Zoannett. *def. trip. P. 1. n. 32.* Paulus Laymann. *Theol. mor. l. 3. tract. 3. part. 3. c. 2. n. 3.* Diſſ. Obrech. *tr. de neceſſ. def. c. 5. n. 11.* Weſenb. *in l. 1. C. qu. unic. lic. ſine jud. ſe vind. n. 12.* Addimus in aphor: *quâ vis corpori aut vitæ intenditur.* Agimus enim hîc de defenſio- 8.
ne corporis & vitæ. Intenditur autem vis corpori vel ita, ut quis ex læſione corporis vitæ periculum rectè pertimeſcere poſſit, & tunc licitè occiditur aggreſſor: add. Molina *tom. 4. tract. 3. diſp. 11. n. 5.* Grot. *d. tr. l. 2. c. 1. n. 6.* Vel corpori verbera tantùm, mortem non inferentia, in- 9.
tentantur, & ab iis etiam juſtè illud defenditur, ſed injuſta eſt occiſio, ut ex aph. 7. conſtabit. Sin verò poſt acceptum 10.
jam vulnus, alapam, aliave verbera, ceſſet periculum ulterioris plagæ accipiendæ, adverſarium rurſus percutere non videtur omnino juſtum, quia talis percuſſio, poſt illatam & non amplius impendentem violentiam, non defenſio, ſed ultio cenſenda eſt: ignoſcitur tamen ei, qui voluit ſe ulciſci provocatus. Laymann. *theol. mor. l. 3. tract. part. 3. c. 3. n. 3. circ fin.* add. *l. 52. ad l. Aquil.* & Perez *in C. t. ad l. C. de ſic. n. 41.* Res quidem, vi invaſæ, vi quoq; 11.
defendi poſſunt, ut dicemus inferiùs. Verùm non ita, ut, ſi aliter res defendere nequeamus, invaſorem occidere liceat. Occiſio enim alterius privata licita tantùm eſt,

ad

ad defendendum id, quod nullo modo eſt reparabile, qualis eſt vita & pudicitia: damnum verò rebus illatum alias ſarciri poteſt. Dn. Hilliger p. m. ſocer meus magnus *ad Donell. l. 17. c. 2. lit. f.* Zoannett. *part. 1. def. tripart. n. 36. & ſeqq. & part. 2. n. 6.* add. *theſ. 30. & 37.*
12. Unde nec pro defenſione famæ licet occidere, Bachov. *ad Treutl. v. 2. diſp. 22. th. 6. lit. g.* Farinac. *d. q. 125. part. 1. n. 42.* Eſt tamen ad hujus, de quâ hic agimus, defenſionis exemplũ introducta contra injuriam verbis illatam defenſio, de quâ inferiùs.

## APHOR. III.

Unde conſtat dari ei, cui vis fit.

Ex hoc primo requiſito conſtat (1.) Quis uti hâc defenſione legitimè poſſit, nimirum is, in quem violentus impetus factus.

*SUMMARIA.*

1. *Etiam alium defendere licet.*
2. *Non tamen ſimpliciter quis tenetur alterum defendere.*
3. *Jure can. obligatur quis ad alteri ſuccurrendum.*

1. DIcitur hic *in d. art. 140.* **der benötigt.** Add. Soto *de I. & I. l. 5. q. 1. art. 8.* Quæritur autem: an etiam alium contra vim defendere juſtum ſit? Quod affirmamus ita, ut ſi aliter is liberari nequeat, aggreſſor occidi poſſit, per text. expreſs. **P. H. O.** *art. 150. verſ.* **Item ſo einer zu rettung eines andern Leib und Leben oder Gut jemand erſchlagt**/add. Clarus *d. §. homicidium. num. 27. 28.* Salomon. *in d. l. 3.* Farinac. *d. q. 125. part. 5. n. 267. & mult. ſeqq.* Covarruv. *tom. 1. relect. c. peccatum. de R. I. in 6. part. 2. §. 3. n. 4. & in clement. ſi furioſus. de homic. part. 2. §. 2. n. 7. (qui & in d. clem. part. 3. §. un. tractat de clerico, quod is ad defenſionem alterius occidens non fiat irregularis.)* Molina

lina *tom. 4. tract. 3. diſp. 18.* Dill. Obrecht. *d. tr. c. 7. n. 9. & ſeqq.* Joh. Vaudus *L. 2. q. 29. n. 6.* Teneri autem quem ad alium defendendum non facilè dixerim, ſiquidem nemo alterius causâ ſe periculo tenetur exponere, citra quod ſi defenſio fieri poſſit, procul dubio peccat, qui hominem deſerit, nulla tamen jure civ. in eum pœna ſtatuta eſt. Bachov. *ad Tr. v. 2. d. 32. theſ. 6. l. 1.* Add. Joh. Grake *tract. d. autor. privat. c. 3. n. 6. & ſeqq.* Ex jure Canonico obligari & teneri quemvis alteri ſuccurrere probatur ex *c. 7. q. 3. 23. c. 6. de ſent. excomm. in 6. c. 6. §. illi etiam. de homicid.* Conf. Fort. Gartias *in l. 3. de I. & I. n. 34. & 35.* Eberh. Speckhan. *cent. 3. claſſ. 2. quæſt. 9.* Theodor. *d. diſp. ult. theſ. 4. lit. d.* Weſenb. *in d. l. 1. C. quand. lic. unic. ſine jud. n. 28.* Molin. *d. l.* Laymann. *theol. mor. l. 2. tr. 3. c. 3. n. 5. & l. 3. tract. 3. c. 3. n. 5.* 2. 3.

## APHOR. IV.

(2.) Conſtat inde contra quem nos defendere juſtnm ſit, ſcil. contra injuſtum aggreſſorem. Contra aggreſſorem.

*SUMMARIA.*

*1. Etiam contra Principem.*
*2. Contra magiſtratum.*
*3. Contre patrem it. maritum.*

DIcitur hic *in d. art.* **Der benöhtiger.** Hic not. (1.) de Principe, quod quidem ei, quantum fieri poteſt, parcendum ſit. Sed ubi nulla prorſus alia ratio eſt expediendæ ſalutis, naturalis ratio defenſionis reſpectum iſtum ſubjectionis excludit, & contra Principem, latronis perſonam induentem, juſtam & neceſſariam defenſionem 1.

permittit, Bachov. *ad Tr. v. 2. D. 32. th. 6. lit. f.* Add. Farin. & alleg. *P. 4. t. 14. q. 125. p. 1. n. 34.* Obrecht. *tract. de nec defenſ. .6. n. 1. & ſeqq.* Diſſ. Grotius *L. 2. de jure bell. &*
2. *pac. c. 1. n. 9.* (2.) de magiſtratu, quod, ſi is per falſum proceſſum opprimat innocentes, ab his non poſſit perimi, quia tunc non eſt aggreſſor; Filliucius *d. tom. 2. tr. 29. c. 3. n. 38.* Sin verò vi ipſe aliquem invadat, vi rectè repellitur. Add. Zoannet. *P. 1. n. 12.* Weſenb. *d. l. num. 33.*
3. Obrecht. *d. c. 6. n. 33. & ſeqq.* (3.) de patre, (marito & ſimilibus) quod & eum, injuſtus vitæ aggreſſor ſi exiſtat, occidere liceat, quando nullo alio modo filius vitam ſuam ſervare poteſt: aggreſſorem enim tum necat non patrem, cujus poteſtas debet in pietate non atrocitate conſiſtere *l. 5. de leg. Pomp. de parric.* add. *l. 35. de rel. & ſumt. fun.* Farinac. *d. l. n. 102. usq; ad n. 122.* **Kremb.** *d. tr. q. 3.* Diſſ. Obrecht. *d. tr. c. 6. n. 19.*

## APHOR. V.

Requiritur 2. moderamen inculpatæ tutelæ.

**Requiritur II. ut iſta offenſio juſto defendendi modo propulſetur.**

*SUMMARIA.*

*1. Jure naturali hoc quoq; requiritur.*

*c. 18. de homicid. arg. l. 1. C. unde vi.* **P. H. O.** *art.*
1. *142.* Vocatur ille modus *moderamen inculpatæ titulæ*, quod etiam jure naturali requiri exiſtimo cum Fort. Garc. *in l. ut vim. n. 1. verſ. & ex hâc ipſâ naturâ & n. 4. de I. & I.* Petr. Theodor. *coll. crim. D. ult. th. 1. lit. f. circ. fin.* contra Berlichium *concl. Practicab. P. 4. concl. 13. n. 2. & ab eo alleg.* & Fr. Connanum *L. 1. comm. c. 6. n. 7.* qui *l. 3. de I. & I. &*

c. 7. diſt. 1. ſic accipit, ut non modò venientem injuriam propulſare liceat, ſed etiam acceptam longo poſt intervallo vindicare.

## APHOR. VI.

Modum hunc in duobus conſiſtere dicimus: (1.) ut defenſio fiat in continenti, h. e. dum infertur vis.

Nim: defenſio debet in continenti fieri.

CEſſante enim vi, ceſſat neceſſitas, ceſſante neceſſitate, ceſſat etiam hoc jus neceſſariæ defenſionis. Conf. Farin. *d. q. 125. part. 6. n. 338. & ſeqq.* Zoannett. *P. 2. n. 57. & ſeqq.* Theod. *colleg. crim. D. ult. theſ. 5. lit. d.*

## APHOR. VII.

(2.) Ut defenſio reſpondeat offenſioni, nec illa hanc excedat, h. e. ut eatenus contraria vis adhibeatur, quatenus ad vim alterius repellendam neceſſe eſt.

Et debito modo.

*SUMMARIA.*

1. *Non occidendus aggreſſor, qui alio modo repelli poteſt.*
2. *Sed tunc occidi poteſt, ubi ſubeſt periculum vitæ.*
3. *Non debet exſpectari vulnus.*
4. *Non requiruntur paria arma.*
5. *Non tenetur quis fugere.*
6. *Arbitrio judicis committitur an obſervatum ſit moderamen inculpatæ tutulæ.*

SI itaque aggreſſorem facilè repellere potes, non eſt quod eum interficias; ſi fugiat, non eſt quod eum ſine causâ perſequaris, ſi vim absque cæde repellere potes, cæ- 1.

dem ne perpetres, ut loquitur Perez, *ad tit. C. quand. lic. unic. ſine jud. ſe vind. n. 3.* Atque hoc volunt textûs *l. 45. §. 4 ad L. Aquil. ibi: cum aliter tueri ſe non poſſunt. l. 2. C. ad L. C. de ſicar. ibi: in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus.* Vid.
2. **P. H. O.** *art. 104. & ſeqq.* Quando nim. is, in quem violentus fit impetus, videt aut rectè timet, ſibi inferri poſſe mortem, niſi aggreſſorem mortem, occidat; nihilque tunc ei occurrit, neque facilè, conſiderato iſto, in quo conſtitutus fuit, metu, qui in ſe ignorantiam habere dicitur, *l. 14. §. 3. quod met. cauſ.* potuit occurrere, quo ſe ipſum commodè & tutò à periculo ſine aggreſſoris morte liberaret: dicendum eſt; eum cum
3. moderamine inculpatæ tutelæ interfeciſſe. Neque perſpiciens veriſimile periculum vitæ ſibi imminere, exſpectare tenetur usque dum prius ſibi ab aggrediente vulnus inferatut, ſed iſtum tutâ conſcientiâ interficere poteſt, deſiſtere nolentem, ſive eminus ſive cominus ſit. Molina *tom. 4. de I. & I. tr. 3. diſp. 2. n. 5.*
4. Jung. Farinac. *d. q. 125. part. 6. n. 352. & ſeqq.* Hinc facilè eſt decernere, non eſſe neceſſarium, ut quis non utatur potentioribus nocentioribusve armis: fieri enim poteſt, ut neceſſe ſit, ad vim, etiam ab inerme intentatam, repellendam, arma adhibere. Zoannet. *d. part. 2. n. 4. & ſeqq.* Molin. *d. l.* Aut Maſſa *cit. tract. contr. uſum duell. n. 61. circ. fin.* Obrecht. *de neceſſ. def. c. 10. n. 5. & ſeqq. c. 13. n. 10. & ſeqq.* Hillig. *ad Donell. d. l. 17. c. 2. lit. L.* Theodor. *d.*
5. *diſp. ult. th. 5. lit. a.* Patet quoq; ex dictis, non teneri quem fugere, niſi commodê & tutò id fieri poſſit, quod etiam expreſsè ſtatutum *in d. art. 140. ibi:* **Und der benötigt kan füglich ohn Fährligkeit oder Verletzung ſeines Lebens**

Ehr

Ehr und guten Leumuths nicht entweichen. Quæ tamen verba vel cum Zieritzio conjunctim accipienda ſunt, vel quod ibi de læſione famæ dicitur, intelligendum de ſummo dedecore, quod quis fugiendo ſibi ipſi inureret. Neque verò tum pro defenſione famæ occidit invadentem, ſed pro defenſione vitæ, quam reſiſtendo eo caſu legitimè ſuſcipit. Conf. Covarruv. *tom. 1. rel. clem. ſi furioſus. de homic.* §. *un. n. 4.* Farinac. *d. P. 4. t. 14. q. 125. part. 2. n. 121. & ſeqq.* Obrecht. *d. tr. c. 10. n. 9. & ſeqq.* Paulus Laymann. *Theol. mor. l. 2. tr. 3. part. 3. c. 3. n. 2.* Filliucius *tom. 2. tr. 29. c. 3. n. 41.* Dn. Frantzkius. *Exerc. 12. q. 6. n. 5.* Paul. Buſius *com. in Pandect. ad l. 5. pr. ad l. Aquil. n. 7.* Peretz *in C. tit. de exhib. & de transmitt. reis. n. 4.* Grak. *d. tract. c. 5.* Cæterum cum offenſionis & defenſionis nimia ſit varietas, prudentis judicis eſt, ex circumſtantiis dijudicare, quis offenſioni legitimam defenſionem oppoſuerit. Vid. P.H.O. *art. 143.* Mar. Salomon. *in d. l. 3. circ. fin.* Weſenbec. *in d. l. 1. n. 35. & ſeqq.* Dn. Carpzov. *Prax. crim. part. 1. q. 33. n. 49. & ſeqq.* Perez. *in C. ad L. C. de ſic. n. 34.*

## APHOR. IIX.

Hæc igitur requiſita ab allegante neceſſariam defenſionem probanda ſunt. Probatio neceſſar. defenſionis.

*SUMMARIA.*

1. *Reus allegans neceſſariam defenſionem eam probare debet.*
2. *Si verò actor aſſerat doloſam occiſionem eam probare hic tenetur.*
3. *Si accuſator admittat defenſionem, non opus eſt probatione.*

*4. Ubi probatione opus requiſita duo neceſſariæ defenſionis ſunt probanda.*
*5. Non ſufficit probâſſe aggreſsionem.*
*6. Probatio fit vel per teſtes vel præſumtiones.*
*7. Ob præſumtiones fortiores abſolvitur reus.*
*8. Ob leviores locꝰ eſt juramẽto ſuppletorio, v. purgatorio.*
*9. Aliquando etiam infligitur pœna extraordinaria.*
*10. Allegata defenſio ſi plane non probetur, torturæ reus ſubjicitur.*
*11. Pro defenſione rei laborare debet Judex.*
*12. Defenſio poteſt probari quocunq; tempore.*
*13. De articulis, & interrogatoriis formandis remittitur ad Autores.*

1. P. H. O. *art. 141.* So legt das Recht dem Thäter auff/ſolche berühmte Nothwehr / obgemelter maſſen/ zu Recht gnug zu beweiſen/beweiſt er die nicht / er wird ſchuldig gehalten. & *art. 143.* Loquitur autem *d. art. 141.* (1.) de reo, qui confidetur quidem homicidium, & ita litem affirmativè conteſtatur, ſed adjicit exceptionem neceſſariæ defenſionis, ut patet ex verbis: Welcher ſich aber nach Erfindung der That einer gethanen Nothwehr berühmet oder gebrauchen wil. Tum enim adverſarius (vel judex inquirens) poteſt acceptare confeſſionem quoad primam partem, videlicet quà fatetur crimen homicidii, rejectâ qualitate neceſſariæ defenſionis, quam ipſe à ſe allegatam probare tenetur, præſertim cum jus contra eum præſumat. Perez. *in t. C. de confeſſ. n. 14.* Add. Hieron. de Cevallos *ſpec. aur. comm. op. contr. comm. q. 362. n. 10.*
2. Si itaque in libello dolus rei allegetur, er habe den Entleibten mördlicher/vorſetzlicher und gewaltſamer

ſamer weiß umgebracht/ tunc optimè reus litem ſimpliciter negativè conteſtatur, negando omnia libelli narrata cum reſervatione defenſionalium & exceptionum ſuo loco & tempore proferendarum. Tenetur enim tunc accuſator probare contenta libelli & ita homicidium dolo commiſſum: non probante accuſatore vel inquirente judice, reus abſolvitur; factâ probatione, elidere eam poteſt reus vel beneficio interrogatoriorum contra articulos probatorios, vel prolatis defenſionalibus, quibus neceſſariam probet defenſionem Dn. Carpzov. *Pract. rer. crim. P. 1. q. 33. n. 6. 7.* Theodor. *coll. crim. d. ult.* §. *6. lit. a.* Ampl. Dn. Hahn. *not. ad Weſenb. diſſ. 41. tit. ad L. C. de ſicar. n. 20. verb. probandumq́.* Dicitur (2.) in *cit. art.* probandam eſſe à reo allegatam defenſionem, ſi accuſator 3.
eam negaverit, (verbis: und der Anklåger der nicht geſtåndig iſt.) Quod ſi igitur non neget, ſed fortè replicatione aliquâ oppoſitâ fateatur, probatio non eſt neceſſaria. Matth. Steph. *in d. art. & in art. 142.* Quid verò eo caſu, quo probatio à reo exigitur probandum ſit, ex aph. 4.
conſtat: nim. (1.) injuſta & violenta aggreſſio; & (2.) juſtus modus defendendi obſervatus. Cum enim illa duo ad neceſſariam defenſionem requirantur, neceſſe eſt, ut qui hanc ſe ſuſcepiſſe dicit, illa probet: conſtat hoc etiam ex *d. art. 141.* in quo verba obgemelter maſſen referunt ſe ad *art. præc.* in quo dicta duo requiſita ſunt expreſſa. Atque hanc ſententiam fovent Bart. *in l. ſcientiam. 45.* §. *qui cum aliter. ad L. Aquil.* Bald. *in l. un. C. de confeſſ. n. 21.* Felinus *in c. paſtoralis. 4. de exc. n. 13.* Zoannett. *d. tr. p. 2. n. 31. & ſeqq.* Iodoc. Damhuder. *prax. crimin. c. 76. n. 3. & 4.* Gail. *2. obſ. 110. n. 14.* Dn. Carpzov. *d. l. n. 17.* Diſſen- 5.
tiunt

tiunt laſon. *in l. ut vim. 3. de I & I. num. 9.* Theodor. *coll. crim. diſp. ult th. 6. lit. c.* Bernh. Grævæus *L. 2. concl. 110. conſ. 1. n. 41.* qui tantùm exigunt à reo probationem aggreſſionis violentæ, quà probatâ, probatum intelligi moderamen inuulpatæ tutelæ exiſtimantes. Videntur quidem pro horum ſententiâ facere quædam verba P. H. O. *art. 142.* Sondern der verklagte Todſchläger ſeiner berühmten Nothwehr halb ausfündig machet / daß er von dem Entleibten mit einer tödtlichen Wehr / als vor von rechter Nothwehr geſetzet iſt / erſtlich angefochten worden wär: So iſt die Nothwehr durch den verklagten Todſchläger ausgeführet. Verùm ſunt hæc verba explicanda ex *art. 140. & 141.* quò ſe referunt.

6. Porro probantur illa requiſita vel per *teſtes* vel *præſumtiones.* Teſtes, cum difficilis hæc res ſit probationis, & innocentiam concernat, admittuntur ii quoque, qui aliàs non ſunt idonei, ut domeſtici & conſangvinei, item de credulitate deponentes. Vid. Maſcardus *de probat. concl. 490. n. 4.* Weſenb. *ad d. l. 1. n. 48.* Gail. *L. 1. de pac. publ. c. 16. n. 12.* Dn. Carpzov. *d. l. n. 40. & ſeqq.*

7. Præſumtiones vel adſunt fortiores & abſolvitur reus per text. P. H. O. *art. 143.* Wo die Vermuthung der Nothwehr wider die bekäntliche That ſtatt haben ſol / ſo muß dieſelbige Vermuthung gar gut ſtarck beſtändige Urſach haben / aber der Thäter möchte wieder den Entleibten / ſo viel böſer / und ſein ſelb halb / ſo viel guter ſtarcker Vermuthung darbringen / ihm wer der Nothwehr zu glauben. add. *art. 25. & 26.*

8. Vel illæ ſunt leviores, magis tamen quàm ſemiplenè probantes, & locus eſt juramento ſuppletorio, ſi occiſor ſit vir bonus

ac

ac anteà bene vixerit: vel etiam purgatorio, ſi adverſus occidentem ſint quidem indicia, ſed minus ſemiplenè probantia, modò adverſus occiſum atque ita pro rei innocentiâ militent aliquæ conjecturæ, quæ præſumtum ex confeſſione homicidii dolum elevent. Theod. *d. diſp. ult. th. 6. in fin.* nonnunquam etiam infligitur iſto caſu pœna 9.
extraordinaria. Conſt Elector. *P. 4. conſt. 8.* Dn. Carpzov. *d. l. n. 48.* Denique ſi omnis prorſus probatio reo defi- 10.
ciat, torturæ is ſubjicitur: cum enim homicidium confeſſus fuerit, præſumtionem juris contra ſe inducit, quod dolo illud admiſerit. Conſtit. Elect. *P. 4. d. c. 8.* Obrecht. *d. tr. c. ult. n. 42.* Berlich. *P. 4. concl. 15. n. 27. & ſeqq.* Zanger. *de quæſt. c. 1. n. 33.* Dn. Carpzov. *d. l. n. 65. & ſeqq.* No- 11.
tandum verò hic (1.) quod judex teneatur pro defenſione rei laborare, ſi fortè à reo propter inopiam probatio defenſionis ſuſcipi nequeat; & licèt reus nō alleget defenſionem, illa tamen ex præſumtionibus appareat, teneri judicem ex officio in eam inquirere, ne innocens indefenſus maneat. Dn. Carpzov. *d. l. num. 6. ubi plures allegat.* (2.) Quod defenſio probari poſſit quocunque 12.
tempore, *l. 18. §. 9. de quæſtion.* licèt priùs negaverit quis homicidium; & non ſolùm poſt cauſæ concluſionem, ſed etiam poſt publicatam ſententiam, in quâ pœna reo dictata, Dn. Carpzov. *& allegat d. quæſt. n. 11. & ſeqq.* Perez. *in C. t. de except. num. 28.* Videantur latiùs de pro- 13.
batione neceſſariæ defenſionis & quomodo in eâ articuli formandi, Farinac. *pract. crim. p. 4. tit. 14. q. 125. part. 7. §. 1.* Damhud. *d. c. 76. num. 4. & ſeqq.* Maſcard. *de probat. d. concl. 490.* Menoch. *L. 2. de arb. jud. quæſt. cent. 3. caſ. 279.* Clarus *d. §. homicidium num. 33. & 35.* Gail. *Lib. 1. de pac.*

*publ. c. 16. num. 1. 10. 22. 23.* Obrecht. *d. tr. c. ult.* Theod. *d. d. ult. th. 6. circ. fin.* Gilhauſen *arb. jud. crim. c. 6. part. 1.* §. *24. & 25.* Joh. Grak. *d. tract. d. autor. privat. cap 6.* & de interrogatoriis Rut. Rul. *Tr. de commiſſar. & commiſſion. P. 4. L. 7. c. 2.* Jungatur etiam Molina *Tom. 4. d. I. & I. tr. 3. diſp. 31.*

## APHOR. IX.

Exceſſus.

Quod ſi verò violenta aggreſſio ſeu offenſio quidem præceſſerit, non verò ſit obſervatum moderamen inculpatæ tutelæ, extraordinariâ pœnâ reus afficitur ratione exceſsûs legitimæ defenſionis.

Vid. P. H. O. *art. 142.* Conſt. Elect. *P. 4. conſtit. 11.* Habenda enim eſt ratio irritati animi, qui dolum excludit. Add. Mar. Salomonium *in d. l. 3. & tr. de vol. & invol.* Obrecht. *d. tr. cap. 13. num. 16. & ſeqq.* Alexand. Trentacinq. *practic. reſol. l. 1. t. de defenſ. reſol. 1. num. 12. & . ſeqq.* Theodoric. *d. diſp. ult. th. ult. lit b.* Kremberg. *d. tr. de nec. defenſ. q. 9.* D. Carpzov. *d. part. 1. q. 29. 30. & 31.* Atque hæc de neceſſariâ vitæ corporisque contra aggreſſorem defenſione dixiſſe ſufficiant; latiùs illam exponere inſtitutum noſtrum non admittit.

## APHOR. X.

Occiſio furis nocturni.

Porrò ad defendendam vitam licitè occiditur fur nocturnus.

*SUMMARIA.*

1. *Qui non occiditur propter res, ſed ob concurrens diſcrimen vitæ,*

2. *Fur diurnus, ſi telo ſit inſtructus, & ſec. Gajum clamore accedente, occidi poteſt.*
3. *Fur nocturnus ſimpliciter ſec. L. XII. Tabb.*
4. *In legibus Juſtin. requiritur clamor; & periculum vitæ.*
5. *Periculum vitæ præſumitur, ſi fur ſit inſtructus telo.*
6. *Clamor majoris fidei ergo adhibetur.*
7. *Non licet occidere furem ſi prehendi poſſit.*
8. *Non admittitur ſententia Br. ſtatuentis, quod diurnum furem in loco obſcuro occidere liceat.*
9. *Non ſimpliciter probanda ſententia Dav. à Mauden permittentis furem fugientem ſclopeto trajicere.*
10. Τεμβόλας *defodere licitum.*

*l. 4. §. 1. junct. l. 5. pr. ad L. Aquil. l. 9. ad L. corn. de ſicar.* 1. *c. 3. de homicid.* **P. H. O.** *art. 150. ibi:* **So jemand einen bey nächtlicher Weile / gefährlicher weiß in ſeinem Haus findet und erſchlägt.** Farin. *p. 4. prax. crim. t. 14. quæſt. 125. part. 4. num. 199. & ſeqq.* Dico: *ad defendendam vitam:* quia directò rerum cauſâ à privato nemo interfici debet, ſed ita demum licet, ſi is, qui rem ſuam ſervare vult, in vitæ diſcrimen veniat. Idque hoc caſu apertè traditur *in d. l. 5. pr. ad l. Aquil.* ubi dicitur: *Si metu quis mortis furem occiderit, non dubitabitur, quin lege Aquiliâ non teneatur: ſin autem cum poſſet apprehendere maluit occidere, magis eſt ut injuria feciſſe videatur: ergò & Corneliâ tenebitur.* Et in *l. 9. ad. L. Corn. de ſicar. furem nocturnum ſi quis occiderit, ita demum impune feret, ſi parcere ei ſine periculo ſuo non potuit.* Hinc rectè Fortun.

Garcia *ad l. 3. d. I. & I. n. 28. periculum*, ait *perſonæ reddit*
*juſtam furis vel alterius raptoris occiſionem, non autem peri-*
2. *culum rerum.* Atque ob hanc rationem diſtingvitur in-
ter furem diurnum & nocturnum, quæ diſtinctio habe-
tur, Exod. 22. v. 2. in *l. 4. §. 1 ad L. Aquil. junct. l. 54. §. 2. de*
*furt. & in d. cap. 3. de homic.* ita, ut diurnus non aliter oc-
cidi poſſit, quàm ſi telo ſe defendat, *tunc enim plus eſt,*
*quàm fur, d. cap. 3.* vim ſcilicet inferens non rebus ſolùm,
ſed & perſonæ: adeoque rectè occiditur, præſertim ſi ſe-
cundùm Gajum *in d. l. 4. §. 1.* teſtificatio cum clamore
accedat, quam non omninò neceſſariam eſſe indicat, *d.*
3. *l. 54. §. 2.* Fur autem nocturnus ſimpliciter juxta L. XII.
Tabb. occidi poteſt. Verba illius legis, quantum ex Ma-
crobio *L. 1. Sat. cap. 6.* colligimus, fuêre hæc: *Si nox* (no-
cte) *furtum faxit* (fecerit) *& in* (eum) *aliquis occiſit*
(occiderit) *jure cæſus eſto* In quam ſententiam quoque
Gellius *l. 11. N. A. cap. 18. Furem*, ait, *qui manifeſto furto*
*prenſus eſſet, occidi permiſerunt, ſi, cum faceret furtum, nox*
*eſſet aut interdiu telo ſe, cum prenderetur, defenderet.* Item
Cicero *orat. pro T. Ann. Milone ſect. 3. in fin. Duodecim ta-*
*bulæ nocturnum furem quoquomodo: diurnum autem, ſi ſe*
*telo defenderit, interfici impune voluerunt.* Auguſtinus
*in d. cap. 3.* Confer Bach. *ad Treutl. vol. 2. diſput. 30.*
*th. 2. lit. b.* Balduin. & Conrad. Rittershuſ. *ad ll. XII. Tabb.*
*cap. 30.* Jac. Andr. Cruſ. *tract. de noct. cap. 11. n. 12. & ſeqq.*
4. Verùm Gajus *in d. l. 4. §. 1. ad L. Aquil. Lex XII. Tab.* in-
quit, *furem nocte deprehenſum occidere permittit, ut tamen*
*id ipſum cum clamore teſtificetur.* Et Ulpianus *in d. l. 9. de*
*ſicar.* addit: *ſi parcere ei ſine periculo ſuo non potuit.* Quæ
duo requiſita aut à Triboniano eſſe aut ab interpretatio-

ne prudentum dicit Bachov. *d. l.* Sanè furtum nocturnum plerumque conjunctum eſſe ſolet cum admotione ſcalarum vel effractione, unde & de effringente domum lex Ebræa jam citata loquitur: in majori etiam periculo eſt conſtitutus, cui furtum de nocte fit, cum neſciat, num fur ſolùm furandi animum, an verò & occidendi habeat *d. c. 3. d. art. 150.* & uti in fure nox delictum auget *arg. l. 1. de fur. baln. l. f. de effract.* ita factum occidentis relevat, *arg. l. 4. C. de adult.* Hinc igitur nocturni furis occiſio permittitur ita, ut ſi is *quoquomodo* (h. e. licèt ſe non defenderit & absque clamore) interficiatur, tamen credatur ei, qui à ſe, vitæ tuendæ causâ, furem interfectum dicit. Præſumitur enim hoc caſu quis, in vitæ periculo conſtitutus, cædem perpetrâſſe; vel, ut dicit Bachovius *ad Weſenbec. n. 21. de ſicar. vis hic ſit vitæ præſumtivè.* Conf. 5.
Ameſ. *L. 5. c. 52. n. 17. 18.* Maximè autem hoc obtinet, ſi cum aliquo inſtrumento, quo nocere poſſit, inſtructus fuerit: de cujusmodi fure, reperto cum perfoſſorio inſtrumento ſolet explicari *d. textus Exod. 22, 2.* Clamo- 6.
rem quod attinet, quem Gajus *d. l.* requirit, eum neceſſarium non eſſe exiſtimo, utiliter tamen adhiberi & majorem fidem de periculo vitæ illum occiſori conciliare. Conſentit in hujus rei explicatione ferè nobiſcum Grotius *l. 2. de J. B. & P. c. 1. n. 12.* Sed *n. 11.* dicit: *ſi expletricem juſtitiam reſpicimus, non negabo ad res conſervandas raptorem, ſi ita opus, vel interfici poſſe: nam quæ inter rem & vitam eſt inæqualitas, ea favore innocentis & raptoris odio compenſatur, unde ſequitur ſi id jus ſolùm reſpiciamus, poſſe furem cum re fugientem, ſi aliter res recuperari nequeat, jaculo proſterni. Nec obſtat caritas lege divinâ humanaq; ſepo-*

*ſitâ, niſi res ſit quæ minimum valeat, ac proinde contemni mereatur.* Eandem opinionem ex Sylveſtro refert Covarr. *Tom. 1. rel. clem. ſi fur. de homicid. P. 3. §. un. circ. fin.* eamque falſam eſſe rectè dicit, *ſiquidem*, addens, *hic fur telo ſe non defendit, nec nocturnus eſt, nec alium aggreditur, imò fugit, igitur occidi licitè non poteſt.* Jung. Obrecht.
7. *d. tr. c. 8. n. 12. & ſeqq.* Addenda porro hic eſt limitatio, quod non liceat furem interficere, ſi comprehendi poſſit absque occiſione. *l. 5. princ. ad Leg. Aquil. c. 2. c. 10. de homicid.* Vid. Abb. Panormitan. *in d. cap. 2. 3. & 10.*
8. Grak. & plur. alleg. *claſſ. 3. c. 1. num. 7.* Cæterum Bartolus *ad l. furem de ſiccar.* ſtatuit, quod eum, quem interdiu furantem cognoſcere nequeo, propter loci ſc. obſcuritatem, occidere poſſim perinde ac nocturnum. Verùm hæc ſententia haud admittenda: non enim tunc eadem, quæ in nocturno fure, obtinet ratio; & alioquin
9. paſſim liceret diurnos fures occidere, cum obſcura loca amare ſoleant. Steph. Forcatulus *necyomant. dial. 96. n. 6.* Admittit quoque David. à Mauden *diſc. 4. in 5. præc. n. 9.* quod liceat furem fugientem ſclopeto trajicere, ſi nulla ſpes adſit ablata magni momenti recuperandi: quod non
10. ſimpliciter videtur probandum. *vid. cap. ſeq.* Dn. Carpzov. *1. q. 32.* Grak. *d. tr. claſſ. 3. c. 1. n. 17. in fin.* Illud denique hîc nota, quod etiam ad lædendos aut irretiendos fures τριβόλους ſ. murices ferreos in terram defodere aut alia offendicula ponere liceat. Menoch. *de arb. jud. quæſt. l. 2. caſ. 324. n. 7.* Jung. Polydor. Ripa *tract. de noct. temp. c. 32.*

CA-

## Caput Quintum.

De

# Defenſione Pudicitiæ.

## Aphor. I.

(III.) Pudicitiæ defendendæ causâ licet occidere raptorem virginum, viduarum aut uxorum: & violentum ſtupratorem. III. Pudicitiæ.

*Summaria.*

*1. Raptor licitè occiditur à parentibus, conſanguineis tutoribus & ſimilibus.*

*2. Stuprum violentum illaturus rectè interficitur.*

*3. Peccat, qui admittit, & non occidit.*

Vid. de raptore *l. un. C. de rapt. virgin.* in quâ parentibus, conſanguineis, tutoribus, curatoribus, patronis, dominis fœminarum jus occidendi raptorem in flagranti crimine deprehenſum permittitur. Add. Grillandus *de pœn. omnif. coit. q. 10. n. 2.* De violento ſtupratore Divus Hadrianus reſcripſit, eum, qui ſtuprum ſibi vel ſuis per vim inferentem occidit, dimittendum, *l. 1. §. 4. ad L. C. de ſicar.* Add. Farin. *l. 4. tit. 14. part. 1. q. 125. n. 44.* Henr. Bocer. *cl. 4. diſp. 4. th. 45. lit. b.* Theodor. *d. d. ult. th. 2. lit. a.* Cum enim virginitas & pudicitia ſit ex eorum numero, *ſine quibus*, ut Seneca docet *l. 1. de benef. c. 11. poſſumus quidem vivere, ſed ut mors potior ſit;* & ea ſemel amiſſa, perinde ut vita, ſit planè irreparabilis. *d. l. un.* Hinc ejus defenſio cum alterius interfectione rectè conceſſa eſt: Ameſ. *l. 5. de conſc. c. 31. n. 8.* & *ſi fœmina permitteret ſe opprimi, exponeret ſe periculo conſentiendi peccato propter difficul-*

1. (margin, beside "Vid. de raptore")
2. (margin, beside "De violento ſtupratore")

*ficultatem renitentiæ voluntatis, dum non facit, quod poteſt, ut evadat,* ut habetur in ſumm. Sylveſtr. *tit. de homicidio part. 1. §. 5.* Ubi porrò additur: *ſi tamen nolit occidere, ſed citra hoc, quantum facere poteſt, ſe tuetur, & peccato mente renititur, non peccat: ſicut & invaſus ſi ſe permittit occidi, ne occidat, non peccat, ſed eſſet majoris virtutis.* Cui ſubſcribit Molina *tom. 4. tract. 3. diſp. 17. n. 10.* Verùm exiſtimo, fœminam, ſi ea ſtuprum violentum nonniſi occidendo avertere poſſit, peccare, ſi non occidat, cum videatur in ſtuprum conſentire: uti & ſupra de defenſione vitæ diximus. Sententiam noſtram probare animadvertimus Manden *diſc. 4. in 5. præcept. n. 13.*

CAPUT SEXTUM.

De

# Defenſione Rerum corporalium & incorporalium.

## APHOR. I.

IV. Rerum. Denique (IV.) ob neceſſitatem conceſſa quoque rerum noſtrarum defenſio, vel ut vim rebus illatam vi repellamus; vel alia damna à rebus avertamus.

*SUMMARIA.*

*1. Rectè defenditur poſſeſſio rerum corporalium & incorporalium ſ. juris.*

*l. 1. §. 27. & 28. de vi & vi arm. l. 1. C. unde vi. l. 7. §. 3. quod vi aut clam. ibi: niſi ex magnâ & ſatis neceſſariâ causâ: alioquin hæc omnia officio judicis celebrari oportet.* Nec intereſt

tereſt an corporalis vero incorporalis ſeu jus nobis competens ſit, quod defendimus. Bart. *in l. 1. §. hoc interdicto, de itin. act. priv.* Cothm. *1. reſp. 38. n. 161.* Grak. *d. tr. cl. 2. c. 3.*

## APHOR. II.

Hinc (I.) rectè poſſidenti, ad defendendam poſſeſſionem rei vel juris, quam ſine vitio tenebat, inculpatæ tutelæ moderatione illatam vim propulſare licet. I. Remediũ ex L. 1. C. unde vi.

text. *l. 1. C. unde vi. c. 6. de ſent. excom. in 6. in quo agitur quoque de defenſione per mucronem ſpiritualem.* Vid. etiam **Ordnung des Landfriedens zu Wormbs.** Anno 1521. *tit.* **Die Pœn aller Friedbrecher.** *verſ.* **Aber dem beſchädigten.** *ibi:* **Sein Gegenwehr und Verfolgung zuthun. Cammergerichts Ordn.** *P. 2. tit. 9. §.* **So jemand.** *in fin.* Add. Gail. *de pac. publ. l. 1. c. 16.* Hieron. de Cevallos *ſpec. aur. comm. opin. contra comm. q. 654.* Schrader. *2. conſ. 31.*

## APHOR. III.

Requiſita ad hanc defenſionem, in præcedenti aphor. conjunctim propoſita, ſingula expendenda ſunt. Requiritur autem (1.) ut, qui eâ uti velit, ſine vitio rem poſſideat. Ejus requiſitum. (I.) Poſſeſſio ſine vitio.

*SUMMARIA.*

*1. Competit defenſio etiam injuſto poſſeſſori contra extraneum.*

*2. Sed non contra eum, à quo vi clam aut precario quis poſſidet.*

*3. Alii etiam poſſidentem adjuvare poſſunt.*

1\. *d l. 1. C. unde vi.* Non convenit inter Dd. an is, cui hæc propria rerum vindicta conceditur, omnino ſine vitio, h. e. tam ab adverſario quàm ab alio, poſſidere debeat; adeoque tantùm juſto poſſeſſori detur: an verò & juſto poſſeſſori & injuſto competat, modò ſine vitio h. e. nec vi nec clam nec precario ab adverſario nactus fuerit poſſeſſionem? Poſteriori ſententiæ, quæ eſt Donelli *ad d. l. 1. C. unde vi.* Obrecht. *tract. de nec. def. c. 3. n. 15. & ſeqq.* calculum noſtrum adjicimus. Nam (1.) qualiscunque poſſeſſor, hoc ipſo quod poſſeſſor eſt, plus juris habet, quàm ille, qui non poſſidet, ut dicitur in *l. 2. uti poſſid.* & adverſus extraneos vitioſa poſſeſſio prodeſſe ſolet, ait Venulejus *in l. ult. de acquir. poſſeſſ.* Rectiſſimè itaque poſſeſſori etiam injuſto contra extraneum de poſſeſſione dejicere volentem conceditur defenſio poſſeſſionis, in quâ plus juris habet, quâm dejiccre intendens. Si verò ab adverſario poſſidet, propter hoc quod ab eo poſſidet, non debet ei proficere poſſeſſio *l. 1. §. ult. d. t.* (2.) Eandem vim extraneus infert injuſto poſſeſſori, quàm juſto: rectè igitur uterque vi illatæ reſiſtit: neque enim illius injuſta poſſeſſio deturbare conantis violentiam minuere & excuſare poteſt. Alia autem eſt ratio in eo, qui poſſeſſionem ereptam vi recuperare vult. *vid. aph. ſeq. exeg.* Et ob has quoque rationes non attenditur in interdicto uti poſſidetis juſta an injuſta ſit adverſus cæteros poſſeſſio, modò quis ab adverſario ſine vitio poſſideat *d. l. 1. §. ult. & l. 2. uti poſſid. §. 4. verſ. nam uti poſſidetis. de interdict.* unde nec videtur in hoc extrajudiciali remedio id attendendum eſſe. Priorem ſententiam defendit Giphanius

*in explan. d l. 1. C. unde vi.* cui ex dictis facilè reſponderi poteſt. Ideo autem dicitur ei, qui vi aut clam aut pre- 2.
cario ab adverſario poſſidet, non licere ſe adverſus vim adverſarii defendere, quia impune non licet. Nam ſi contra eum, quem vi expulerat ſe defendat, novam vim committit: ſi contra eum, cujus poſſeſſionem clam occupaverat, vi incipit posſidere *l. 6. §. 1. de acq. poſſ.* ſi denique contra eum, à quo precariò rogaverat, ut ſibi poſſidere liceret, itidem vim committit: & omnibus his caſibus tenetur interdicto unde vi, actione de vi privatâ vel publicâ &c. Cæterum illum poſſidentem rectè quoque 3.
adjuvant in poſſeſſione defendendâ amici, conſanguinei, vel etiam extranei. Vid. Farinac. *part. 4. prax. crim. tit. 14. q. 125. part. 4. n. 188.*

## APHOR. IV.

### (2.) Ut vis injuſta poſſeſſioni inferatur.

(2.) Vis injuſta.

*SUMMARIA.*

1. *Defenſio contra legitimè eripientem eſt injuſta.*
2. *Ut & contra dominum ex intervallo eripientem.*
3. *Notorium prædonem ex intervallo dejiciens non tenetur interdicto unde vi.*
4. *Judici quoque ejusque officialibus injuſtè procedentibus licitè reſiſtitur.*

*l. 3. §. 9. de vi & vi arm. l. 1. C. d. t. unde vi.* Cum igi- 1.
tur etiam extraneus vim injuſtam poſſeſſori injuſto inferat, competet, ut jam dictum, huic contra eum defenſio. Is verò, cui vi erepta poſſeſſio, quam tenebat, juſtâ vi in continenti eum rurſus dejicit, qui vi eripuit, *d. l. 3. §. 9.* adeoque contra eum defenſio eſt injuſta. Non idem eſt, 2.


dicit

dicit Obrecht. *d. c. 3. n. 17.* ſi dominus ex intervallo rem ſuam invadit. Verùm nec tum contra eum omnino juſtam eſſe defenſionem ejus, qui non ita pridem vi dominum dejecerat, exiſtimo. Licèt enim dominus non legitimè procedat, excuſat tamen eum aliquo modo violentia ipſi antè illata.
3. Unde, quamvis leges generaliter loquantur, æquiorem tamen eſſe arbitror ſententiam Perezii, dominum, dejicientem è poſſeſſione ex aliquo intervallo notorium prædonem, qui eundem dominum antè dejecerat, non teneri poſſeſſionem ex interdicto unde vi reſtituere, *arg. c. 6. de cauſ. poſſ. & propr. l. 31. depoſ.* Nec talem incidere in pœnam *l. 7. C. unde vi.* qui textus licèt indiſtinctè loquatur, æquitas tamen dictat, accipiendum illum de eo caſu, cum dominus non tam notorium prædonem quàm juſtum poſſeſſorem ſpoliavit ſuâ poſſeſſione, uti patet ex eo, quod dominus ibi privetur rei ſuæ dominio, & hoc ſpoliato addicatur: non autem ſit veriſimile Imperatorem voluiſſe dominium notorio prædoni addictum: & licèt aliquam violentiæ admiſſæ pœnam mereatur dominus; injuſta tamen eſſet hoc caſu privatio dominii, quod nullo jure adjiceretur alteri, qui priùs violentiam commiſerat. Vid. Perez. *in C. t. unde vi. n. 27. 28.* Menoch. *recup. poſſ. rem. 1. n. 113. & ſeqq.* Add. Schrader. *conſ. 23. n. 200.* Thoming. *conſ. 7. n. 57.* Coler. *d. proc. exſec. 1. c. 5. n. 124. 125.* Exerc. noſtr. ad Pandect. *45. th. 110.* Diſſ. Andr. Fachin. *controv. l. 8. c. 10.*
4. Porro adeo contra vim injuſtam licita eſt rerum defenſio, ut etiam judici illegitimè procedenti, ejusque officialibus, juſtè reſiſtatur *l. 5. C. de jur. fiſc. l. 5. C. de exſecut. l. ult. verſ. ſed & ſi fecerit. C. de diſcuſſor.* Add. Phil. Decius *in l. 3. de J. &*

*J. n.*

*J. n. 24. & ſeqq.* Ant. Faber. *in C. l. 3. t. 18. def. 1.* Chriſtin. *vol. 5. dec. 6. n. 2. & dec. 168. n. 12. 13.* Perez. *in C. t. qu. lic. unic. ſine jud. num. 5.* Dn. Carpzov. *l. 1. reſp. Elect. 1. reſp. 2. n. 10.* Vid. latiùs Grak. *d. tract. claſſ. 3. cap. 5. n. 29. 30. 31. & ſeqq.*

## APHOR. V.

Requiritur (3.) Juſtus defendendi modus, qui in duobus conſiſtit. Primùm, ut in continenti fiat defenſio. (3.) Juſtus modus ut defenſio fiat in continenti.

*SUMMARIA.*

*1. In continenti licet recuperare vi poſſeſſionem.*
*2. In continenti fieri non ita ſtrictè accipiendum.*
*3. Remittitur ad interpretes.*

*l. 3. §. 9. de vi & vi arm.* Chriſtin. *v. 4. dec. belg. 135. n. 2.* Illud verò hìc ſingulariter notandum, quod non ſolùm in continenti reſiſtere permiſſum ſit, ne dejiciaris; 1. ſed etſi dejectus fueris, in continenti vi poſſeſſionem recuperare liceat *d. l. 3. §. 9. l. 17. de vi & vi arm. c. 12. de reſtit. ſpoliat.* Ratio eſt, quod, qui ita expellitur, non deſinit illico poſſidere *l. 18. §. 3. de acq. poſſ.* ideo poſſeſſionem, in continenti expellendo turbantem in poſſeſſione, non tam recuperat, quàm defendit & continuat *d. l. 17.* unde & illi rurſus ita expulſo non datur auxilium, quod datur tantùm illi, qui tunc, cum dejiceretur, poſſidebat *l. 1. §. 23. de vi & vi arm.* Joh. Bapt. Vivianus *Ration. jur. Pont. l. 2. t. 13. ad d. c. 12.* Explicatur illud: *in continenti:* in ipſo congreſſu *d. l. 17. de vi & vi arm.* non ex intervallo 2. *d. l. 3. §. 9. eod.* (Add. *l. 1. §. 8. ad L. Falc. l. 2. §. 43. ad SCt. Turpill. l. 23. §. 3. de adult. l. 3. C. de err. adv.*) In Jure canon

non. *ſtatim ex quo vobis innotuit d. c. 12.* In Receſſibus Imperii: **Zu friſcher That/oder wenn er ſeine Freund oder Helffer haben mag. Ordn. des Landfriedens zu**
3. **Worms** A. 1521. *d. t. in fin.* Add. Bellon. *tract. de his quæ in contin. c. 6. n. 5.* Latiſſimè verò hoc interpretes extendunt, ut videre eſt apud Menoch. *rec. poſſ. rem. 1. n. 38. & arb. jud. qu. caſ. 11.* Andr. Clud. *rer. quot. c. 1. n. 85. & ſeqq.* Gail. *l. 1. de pac. publ. c. 16. n. 14. & ſeqq.* Coler. *de proc. exſec. part. 4. n. 2.* Farin. *pr. crim. P. 4. t. 14. q. 125. part. 4. n. 218.* Berlich. *part. 4. concl. 13. n. 48. & ſeqq.* Ludov. Poſtium *de ſummariiſſ. poſſeſſ. obſ. 9 n. 6.* Cævall. *quæſt. 654.* Natta *conſ. 412. n. 15.* Grak. *d. tract. claſſ. 3. c. 2. n. 1. & ſeqq.* Add. Guliel. Onciacus *quæſt. juris philoſ. 8.* Bachov. *ad Tr. vol. 1. d. 18. th. 7. lit. d. & v. 2. d. 21. th. 4 lit. b. c. d.*

## APHOR. VI.

Conveni- enter.

## Deinde, ut defenſio reſpondeat offenſioni.

*SUMMARIA.*

*1. Etiam contra inermem arma adhibere licet.*
*2. Fugere quis non tenetur.*
*3. Judicis arbitrio committitur modus.*
*4. Ob rerum defenſionem directò non licet occidere.*
*5. Ob modum non ſervatum, locus eſt pœnæ arbitrariæ.*

*l. 1. §. 27. de vi & vi arm. d. l. 3. §. 9. eod.* in quâ dici-
1. tur: *qui armis venit poſſumus armis repellere.* Non verò hinc inferendum, quod adverſus inermem omnino non liceat armis ſe defendere. Ibi enim tantùm proponitur id, quod ſemper obtinet; ut verò contra inermem armis utamur non ſemper neceſſe eſt, & tum demum admitti-

tur,

tur, ſi adverſarius robore nos excedat, & abſque armis
tantam vim faciat, ut aliter quàm armis ipſi reſiſtere ne-
queamus. Donellus *n. 7.* & Giphanius *circ. fin. in d. l. 1. C.*
*unde vi.* Fugâ ut nobis conſulamus & poſſeſſionem de- 2.
ſeramus non requiritur: permittitur enim in legibus in
poſſeſſione & loco ſuo conſiſtere & ibi vim propulſare.
Donell. *d. l. n. 8.* Sed utrum quis aliter ſe tueri non po- 3.
tuerit, quàm id faciendo, quod fecit, ex circumſtantiis
dijudicandum eſt, nec hæc res, quæ in facto poſita eſt, ita
definiri poteſt. Illud ex aphor. ſatis conſtare exiſtimo, 4.
quod jam ſupra monuimus, nullum rerum invaſorem
ſimpliciter & directò ob rerum defenſionem eſſe occi-
dendum: ſed tum demum ejus interfectionē eſſe licitam,
ſi ex invaſore bonorum fiat aggreſſor corporis, & me, bo-
na mea jure defendentem, invadat, cumprimis ſi armis
inſtructus ſit raptor. *Nov. Leon. 64.* Felin. *in c. 2. verb. te tuaq.*
*de homic. n. 4.* Bachov. *ad Tr. v. 2. d. 32. th. 6. lit. h.* Perez.
*in C. t. ad L. C. de ſic. n. 42. qui tamen non dubitat, quin omni*
*jure liceat invaſorem rerum occidere, ſi iſtarum amiſſio con-*
*ſtituat quem in tam extremâ neceſſitate, ut non ſuppetat ratio*
*vitam conſervandi.* Vid. latiùs Covarruv. *tom. 1. rel. clem.*
*ſi furioſus. de homic. part. 3. §. un. n. 6.* Zoannett. *d. tr. p. 1.*
*n. 36. & ſeqq.* Fachin. *l. 1. contr. 31.* Obrecht. *d. tr. c. 8. n. 8.*
*& ſeqq.* Kremberg *d. tr. q. 8.* David. à Mauden. *diſc. 4. in*
*5. præc. n. 8.* Fachin. *1. c. 31.* Dn. Carpzov. *prax. crim. 1. q. 32.*
*n. 15.* Rutger. Ruland. *de commiſſar. 3. lib. 3. c. 4. n. 4. ubi a-*
*git de caſu, ſi à Principe ſylvis præfectus* (Forſtmeiſter) *ali-*
*quem occidat, quod ſylvam domini ingreſſus fuerit, & armis*
*ſe defenderit.* Diſſ. Gregor. de Valentia *d. tom. 3. diſp. 5. q.*
*8. punct. 4. verſ. tertiò quæritur.* Bajardus *in addit. ad Clar.*

*§. ho-*

*§. homicidium. n. 79. 80.* Molina *tom. 4. tr. 3. d. 16.* Layman. *l. 3. tr. 3. p. 3. c. 3. n. 4.* Trentacinq. *pract. reſol. l. 1. d. t. de defenſ. reſ. 1. n. 5.* Theodor. *coll. crim. d. ult. th. 4. lit. e.* Mo-
5. dus hic defendendi juſtus ſi excedatur, arbitrariæ pœnæ locus eſt. *c. 12. de reſt. ſpol. in fin.* Sic Gail. *L. 1. de pac. publ. c. 16. n. 24. in fin.* dicit, *reum, moderamen inculpatæ tutelæ excedentem in cauſis fractæ pacis, non in pœnam banni, ſed pecuniariam pro arbitrio judicis, conſideratâ exceſsûs magnitudine, perſonarum & rerum qualitate, condemnandum eſſe.*

## APHOR. VII.

II. Ædificata in noſtro deſtruere licet.

(II.) Si quid in noſtro vi aut clam ædificatum vel factum eſt, id vi aut clam deſtruere poſſumus.

*SUMMARIA.*

1. *Fundamentum habens in noſtro rectè deſtruimus*
2. *Non protectum.*
3. *Licet vites transductas recidere.*
4. *Non ſtatim radices aut ramos arborum.*
5. *Aquæductum intercidere licet in meo.*
6. *Vaudi argumentis remiſſivè reſpondetur.*
7. *Titulos regios illicitè affixos cuivis frangere licet.*
8. *Viam reddens deteriorem impune vim patitur.*

1. *l. 7. §. 3. quod vi aut clam. l. 29. §. 1. ad L. Aquil. l. 27. pr. de S. V. P. l. 22. §. 2. quod vi aut clam. junct. l. 1. C. ut nem. lic. ſine jud. aut. ſign. reb. impon. al.* Add. Bart. *in l. 1. §. nunciatio. de nov. op. nunc.* Duaren. *præl. 2. ad tit. de nov. op. nunc. & l. 2. diſp. c. 40.* Cujac. *l. 16. obſ. 12.* Nic. Valla *de reb. dub. tract. 8. n. 1.* Bachov. *v. 2. d. 18. th. 2. lit. g.* Speckhan. *cent. 3.*

*cl. 3.*

*cl. 3. q. q. 23. n. 36. 37. 38.* Requiritur autem cumprimis, 2.
ut ædificatum habeat fundamentum in noſtro, hinc ſi quis protectum ſupra domum alicujus nullo jure habeat, id recidere non oportet *d. l. 29. §. 1. ad L. Aquil.* Unde Duarenus *in d. l. 27. de S. V. P.* verbum: *immiſſum:* explicat ita: *quod immittitur in meum i. e. quod ita imponitur, ut in imo hæreat & requieſcat.* Add. *l. 242. de V. S.* Atque hinc 3.
etiam eſt, quod ſi ex fundo meo vicinus vites in ſuas arbores transduxit, mihi eas præcidere liceat, vid. *l. 3. §. 4. uti poſſid.* Non licet autem mihi radices, quas vicini ar- 4.
bor in meum fundum porrexit, recidere *l. 6. §. 2. arb. furt. Cæſ.* nec arborem ædibus impendentem exſcindere. Sed prius interdicto agendum, ut adimat dominus: & ſi non adimat, ei, cui arbor vel radices vel rami & frondes officiunt, ſuccidere eam eaſve poteſt, lignaque tollere *l. 1. §. 2. 6. 7. de arb. cæd. l. 1. C. de interdict.* Referri quoque huc 5.
poteſt, quod ſi quis in meo fundo citra ſervitutem foderit aquæductum, propriâ autoritate illum intercidere poſſim. *l. 29. §. 11. ad l. Aquil.* Cæpoll. *d. ſervit. c. 86. n. 2.* Add. Cæpoll. *d. ſervit. c. 81. n. 5.* Schneidevv. *§. ſi Titius n. 4. d. rer. div.* Cœpp. *P. 1. dec. 29.* Grack. *de tract. cl. 2. l. 3. n. 6. 7.* Has propriâ autoritate ſuſceptas deſtructiones non 6.
admittit Joh. Vaudus *var. quæſt. l. 2. q. 30.* cujus argumenta ſolvit Bach. *d. l.* Pertinet huc etiam, quod ſtatutum 7.
eſt, titulos regios illicitè affixos & vela regia præfixa, tollere & frangere non tantùm eis, ad quorum præjudicium tale aliquid contra fas contraque leges committitur, ſed omnibus licere, *l. 2. C. ut nemo priv. tit. præd. ſu. vel. al. imp. vel vel. reg. ſuſp.* Add. Azo. *in ſumm. ad d. t. & tit. ſeq.* Chriſtin. *vol. 2. belg. dec. 111. n. 1. & ſeqq.* Annecto denique hîc, 8.

quod dicitur in *l. 1. §. 2. de via publ. & itin. publ. ref. ſi quis in ſpecie refectionis deteriorem viam facit, impune vim patietur.*

## APHOR. IIX.

It. illud removere licet, quod ſervitutem impedit.

Similiter & Servitutes atque alia jura defendere propriâ autoritate contra impedientem licet.

Bartol. ad *l. ſi alius fecerit. 7. §. belliſſimi nec quod vi aut clam.* Cæpoll. *d. ſervit. c. 83. n. 39.* Sic licitum mihi eſt, ſi poſſideam jus paſcendi, & aliquis me impediat, propriâ autoritate jus meum defendere, & alteri prohibere, ne paſceretur. Jaſon *in l. quo minus. n. 100. d. flumin.* Eodem modo ſi mihi competat jus paſcendi, illud propriâ autoritate contra dominum fundi & alios omnes impedientes defendere licet. Bertrand. *1. part. 1. conſ. 66.* & clauſuram deſtruere. Surd. *conſ. 65. n. 13.* Grack. *d. tract. de priv. autor. claſſ. 2. cap. 3.*

## APHOR. IX.

Creditor debitori fugienti debitum rectè aufert.

(III.) Creditor debitorem fugientem & ſecum ferentem pecuniam ſiſtere, & quantum debet ei auferre poteſt.

*SUMMARIA.*

*1. Immiſſione factâ aliis creditoribus pecunia communicanda.*
*2. Tum licet auferre debitori, ſi judex adiri nequeat.*
*3. Non ergo ſuſpecto de fugâ.*
*4. Debitorem in diem etiam ita poteſt perſequi licet.*
*5. Privatis carceribus poteſt debitor detineri, ſi non adſit publicus.*

*6. Etiam*

*6. Etiam ſuſpectum de fugâ.*

*7. Etiam furtim, alio remedio non competente, debitum ſubtrahi poteſt.*

*8. Furem perſequi licet.*

*9. Redemtum ab hoſtibus retinere licet.*

*10. Publicanus vectigal non ſolventes eorumve res rectè detinet.*

*l. 10. §. 16. quæ in fraud. cred.* ibique Gothofr. Et quidem pecunia ablata aut ſolius auferentis manet; aut ſi 1.
bona debitoris jam poſſeſſa ſint à creditoribus, in commune conferenda eſt *d. l.* Donell. *l. 17. comm. 2. circ. f.* Ratio hujus privatæ vindictæ eſt, quod debitor non relinquat ſpatium creditori ad adeundum judicem. Donell. *d. l.* Cujac. *l. 16. obſ. 19.* Vaud. *l. 1. q. 13. n. 10.* Add. Covarruv. *var. reſ. l. 2. c. 1.* Petr. Peck. *de jure ſiſt. c. 2. n. 1. & 2.* Menoch. *rec. poſſ. rem. 5. n. 85.* Vinc. Caroz. *tr. de loc. cond. part. 1. q. 5. n. 10. 11. 12.* Hieron. de Cevallos *ſpec. aur. comm. op. contr. comm. q. 267.* Dn. Mevius ad jus Lubec. *l. 3. t. 1. art. 4.* Quare non videtur obtinere in ſuſpecto de fugâ, quia judex commodè adiri poteſt Forcat. *d. dial. 96. n. n. 10. (qui ibid. exiſtimat non poſſe res alias eripi fugienti, ſed ſpeciem eandem: ſed hoc ſine ratione aſſeritur.)* Locum autem habet, quod de ablatione debiti diximus, non ſolùm in debito puro, ſed & in diem, quia periculum eſt in morâ: add. *arg. l. 14. de pignor.* Vid. Peckius *d. tr. c. 4. n. 7.* Joh. Bapt. Caccialupus de S. Severino *de deb. ſuſp. & fug. qu. princ. 3. n. 1. 2.* Ex hoc prehendendi jure concludunt Dd. quod etiam liceat privatis carceribus debitorem detinere, ſi publici carceres eo loco nulli ſint: dummodò, quàm primùm poterit, publicis offerat. Faber. *in C. l. 9. t. 5. def. 1. n. 2.* Petr. Gregor. *ſynt. jur. l. 22. c. 6.* Chriſtin. *v. 4.*

6. *dec. belg. 195. n. 9.* Dn. Carpzov. *I. R. S. P. 4. c. 1. d. 17.* Atq; hanc licentiam detinendi in privato carcere etiam in ſuſpectum de fugâ competere volunt; modò ſuſpicio poſt contractum debitum ſit orta, eaque urgentiſſima, & debitum liquidum. Jung. Caccialupus *d. tract.* Gail. 2. *obſ. 4.* Mynſ. 4. *obſ. 69. n. 10.* Coler. *de proc. exſec. p. 1. c. 2. n. 100. & ſeqq.* Hilliger. *d. l. 17. c. 2. lit. n.* Berlich. *P. 1. concl. 73. n. 27.*
7. *& ſeqq.* Extendunt hanc propriam vindictam Dd., ut etiam creditor, ſi debitum certum & liquidum amicè aut judicialiter conſequi ob magnam debitoris potentiam nequeat, impune, nullus ſi ſubſit ſcandali timor, furto poſſit ſubtrahere tantum ex ejus bonis, quantum ſufficiat ad ſui crediti ſolutionem. Vid. Menoch. *de arb. jud. qu. l. 2. cent. 6. caſ. 516.* Grack. *d. tract. claſſ. 3. c. 1. n. 7.*
8. Huc quoque pertinet, quod furem cum re noſtrâ fugientem perſequi, eique iſtam eripere liceat. *arg. d. l. 10. §. 16. quæ in fraud. cred. l. 52. ad L. Aquil.* Donell. *17. comm. 2. circ. fin.* Forcat. *d. dial. 96. n. 7.*
9. Neque hinc alienum eſt, quod redemtum meâ pecuniâ ab hoſtibus vinculo quodam retinere poſſim, donec lytrum pro eo ſolutum rependat *l. 20. §. 1. qui teſt. fac. l. 2. C. de poſt l. rev.* Referri etiam huc poteſt, quod generali & notiſſimâ conſuetudine Germaniæ liceat cauponibus, ad ſe divertentis, hoſpitis, & pretium cibi potusvè non perſolventis, res propriâ autoritate retinere, donec ſatisfiat. Vid. Rebuf. *de lib. oblig. gl. 2. n. 51. ſuper conſt. reg. tum. 1. act. 4.* Pap. *q. 448.* Surdus *d. alim. p. 1. q. 71. n. 5. & t. 8. priv. 62. n. 18.* Georg. Beatus *dec.*
10. *quæſt. contr. 19.* Beſold. *theſ. Pract. verb. arreſt. p. 58. b.* Deniq; hîc adjicimus, quod publicanus poſſit propriâ autoritate injicere manus in rem commiſſam, ſeu pro gabella vel ve-

ctigali

ctigali non ſoluto. Ferrar. *prax. tit. 29. gl. 1.* Hartm. Hartm. *Tit. 48.* Kœpp. *q. 10. n. 10.* & ipſos fraudatores vectigalium detinere, donec ſatisfaciant. Berlich. *l. concl. 73. n. 117.*

## APHOR. X.

(IV.) Contra metatorem injuſtè alicujus prædium accedentem privatæ ultionis arbitrium & expellendi facul.as conceſſa. Contra injuſtum metatorem privata vindicta conceſſa.

Vid. *l. 5. C. de met. & epidem.* Solebant nimir. provinciales metata, h. e. hoſpitia militibus præſtare in oppidis tantùm non in villis. Sed quia militum licentia intra legum ſepta ægrè contineri poterat, à villis non abſtinebant, & agrorum poſſeſſoribus erant moleſti. Ideò neceſſe fuit, ad compeſcendam audaciam metatorum (h. e., eorum, qui præcurrebant ad deſignanda hoſpitia militum) ipſis agrorum poſſeſſoribus ſpecialiter concedere, ut quando metatores ad deſignanda hoſpitia villas eorum accederent, poſſent ab ipſis propriâ autoritate repelli. Quod favore agrorum ſtatutum eſſe dicit Finckelthaus *obſ. pract. 37. n. 48.* Add. Petr. Gregor. *ſynt. jur. l. 19. c. 8. n. 6. Dn. Joh. Otto Tabor. tract. d. metat. & epidemet.*

## CAPUT SEPTIMUM. De

# Jure Patris occidendi adulterum cum filiâ fam.

## APHOR. I.

Secunda cauſa, patria poteſtas.

Hucuſque de primâ causâ, ob quam privata vindicta jure conceſſa: ſequitur ſecunda, nimir. Patria poteſtas, concurrente delicti magnitudine & ſummâ in familiam injuriâ. Ob hanc datur jus patri occidendi adulterum cum filiâ, quam in poteſtate habet.

*SUMMARIA.*

1. *Patri competit jus occidendi, ſi adulterum cum filiâ deprehendat.*
2. *Et quidem in continenti & uno ictu impetuq́.*
3. *Ratio hujus juris.*
4. *Domeſtica emendatio conceſſa patri.*
5. *Pœna liberorum impuberum ſpectat ad parentes & præceptores.*
6. *Etiam incarceratio.*
7. *Correctio ſenioribus propinquis competit.*
8. *Caſtigatio magiſtro conceſſa.*

*L. 20. l. 21. l. 22. ( in cujus §. 3. dicitur: qui occidere poteſt adulterum, multò magis contumelia poterit jure adficere) ad L. Jul. de adult.* add. *c. 3. de ſent. exc.* P. H. O. *art. 142.*
1. Competit verò ita demum hæc poteſtas patri, ſi ἐν ἔργῳ in ipſâ turpitudine ſeu in ipſis rebus Veneris adulterum cum filiâ deprehendat, & quidem domi ſuæ in quâ habitat, generivè ſui tantùm, ( cujus ratio redditur illa, *quod majorem injuriam putavit legiſlator, quod in domum patris aut mariti auſa fuerit filia adulterum inducere* ) & neceſſe
2. eſt, ut in continenti prope uno ictu & uno impetu utrumque

que occidat, æquali irâ adverſus utrumque ſumtâ; quod ſi non affectavit (ut ſcil. filia fugeret) ſed dum adulterum occidit, profugit filia, & interpoſitis horis apprehenſa eſt à patre, qui perſequebatur, in continenti videbitur occidiſſe, ut habetur in *l. 23. pr. & §§. ſeqq. d. t. Nihil autem intereſt*, ut dicitur, *in l. 32. eod. adulteram filiam prius pater occiderit, annon, dum utrumq́; occidat. Nam ſi alterum (tantùm ſc.) occidit, lege Cornelia reus erit: quod ſi altero occiſo alter vulneratus fuerit, verbis quidem legis non liberatur: ſed D. Marcus & Commodus reſcripſerunt, impunitatem ei concedi: quia licet interemto altero, mulier ſupervixerit poſt tam gravia vulnera, quæ ei pater inflixerat, magis fato, quàm voluntate ejus (patris ſc.) ſervata eſt: quia lex parem in eos qui deprehenſi ſunt indignationem exigit & ſeveritatem.* Vid. Covarruv. *tom. 1. de matrim. p. 2. c. 7. §. 7. n. 3.* Molin. *tom. 4. de I. & I. tract. 3. diſp. 99. n. 6. & ſeqq.* Farinac. *pract. crim. Part. 4. tit. 14. q. 121. part. 1.* Gilhauſ. *arb. jud. crim. c. 2. t. 18. n. 18.* Damhuder. *prax. rer. crim. c. 89. n. 24. & ſeqq.* In 3.
hoc jure necandi adulteram filiam reliquias veteris juris vitæ & necis remanſiſſe dicit Hilliger *ad Donell. L. 2. c. 25. lit. b. add. Eund. l. 13. c. 21. L.* accedit juſtiſſimus dolor propter ſummam toti familiæ illatam injuriam: unde non ſolùm filiam, ſed & adulterum patri occidere permiſſum.
Præter hunc adulterii caſum (quem primo loco afferre 4.
voluimus, quod in eo privata vindicta magis conſpicua) conceſſa I. Patri domeſtica emendatio, & jus terminandi controverſias domeſticas *l. 3. & 4. C. de patr. pot.* ſicut enim in civitatibus legum inſtituta & mores, ſic in domibus paternæ orationes & mores valent, ait Ariſtoteles *10. Eth. ult.* Unde rectè jure civili conſtitutum, ut quicquid pri-

vatim

vatim ſtatuerit pater adverſus liberos, dum in ſævitiam intolerabilem non abeat, extra omnem ſit noxiam: vel etiam poteſt pater judici puniendum offerre filium, qui ipſi pœnam, quam pater dixit, imponere tenetur *d. l. 3.* Add. Donellus *L. 2. comm. c. 25.* & Hilliger *ibid. lit. a. b. c. d.* Soto *de I. & I. l. 5. q. 2. art. 2.* Layman. *theol. moral. l. 5. tract. 10. part. c. 2. n. 7. 8. & 9.* Dn. Mevius *d. comm. in jus*
5. *Lubec. L. 1. tit. 3. n. 8. & ſeqq.* Imò & infantum & infantiæ proximorum pœna relinqui ſolet parentibus & præceptoribus vid Mæv. *cum alleg. ad jus Lubec. l. 4. tit. 15. art. 3.* Ricc. *p. 3. Dec. Cur. Neapol. 118.* Molin. *t. 4. tr. 3. diſp. 2. n. 14.*
6. *18. 19.* Necincidit pater in pœnam privati carceris, ſi filium correctionis causâ per aliquod tempus certo conclavi includat, Cynus *in l. un. C. de priv. carcer.* Felinus *in c. 13. de for. comp. n. ult.* Farinac. *prax. crim. L. 1. tit. 4. q. 27. n. 25.* Joh. Schneidevvin. *comm. ad Inſt. de patr. pot. n. 27.* Laymann. *d. l. n. 8.* Paul. Chriſtinæus *deciſ. Belgic. vol. 4.*
7. *dec. 185. n. 15.* Similis huic paternæ coërcitioni eſt (I.) privata animadverſio & correctio propinquis ſenioribus permiſſa in juniores cognatos, de quâ *l. un. C. de emend. propinquor.* Jung. Molina *tom. 1. tract. 2. diſp. 228. n. 25. & ſeqq.* Laymann. *d. l. n. 10.* Sic *dicitur Patruus domeſticus judex* Juſtin. *L. 2. hiſt. c. 10. n. 9.* Imò Jure Sax. **Mag auch ein Frembder ein Kind umb ſeine Miſſethat ſchelten / etc. LandR.** *L. 2. art. 65. in fin.* quò etiam referri poteſt aliquo modo, quod conſanguinei furioſum incarcerare poſſint *l. 13. §. 1. de off. præſid.* Dn. Carpzov. *I. R. S. P. 4. conſt. 1. def. 17. n. 5.* Prætereà (II.) Caſtigatio magiſtro vel præceptori
8. conceſſa *l. 5. §. ult. ad L. Aquil.* qui, ſi modum in caſtigando excedat, extraordinariâ pœna punitur, *quia non faciendæ*

*ciendæ injuriæ cauſâ percuſſit, ſed monendi, præcipiendi, docendi d. §. ult. l. 13. §. 4. locat.* Menoch. *l. 2. arb. jud. quæſt. cent. 4. caſ. 364. n. 9.* Molina *tom. 4. tr. 3. diſp. 2. n. 19. verſ. quod ad reliquos.*

## CAPUT OCTAVUM.

### De
# Jure mariti occidendi adulterum vilem.

### APHOR. I.

Tertiam cauſam diximus maritalem poteſtatem concurrente itidem enormi delicto & maximâ injuriâ. Hinc licuit marito jure veteri uxorem in adulterio deprehenſam cum adultero occidere: quod Lex Julia correxit, tantùm adulterum & eum vilis aut infamis conditionis, domi ſuæ deprehenſum, necare permittens. *Tertia cauſa, maritalis poteſtas.*

*SUMMARIA.*

1. *Jure veteri licuit marito adulterum deprehenſum & uxorem occidere.*
2. *Lex Julia hoc Jus reſtrinxit ad vilem adulterum.*
3. *Poteſt maritus quosdam in auxilium adhibere.*
4. *Libertus patronum occidere nequit.*
5. *Maritus uxorem occidere non poteſt nec quemlibet adulterum.*
6. *Ratio differentiæ inter patrem & maritum exprimitur.*
7. *Retinere licet adulterum.*

*8. Juſtinianus permiſit certo caſu ſuſpectum de adulterio occidere.*

*9. Juſtiniani conſtit. quidam impugnant.*

*10. Sed illa defenditur.*

*11. In rep. Chriſtianâ ſimiles leges retineri poſſunt.*

*12. Maritus adulteræ alimenta denegare & domo expellere poteſt.*

*13. Maritus poteſt uxorem non morigeram corrigere & it. verberare.*

*14. Fugientem capere.*

*15. Non verò ob dotem non ſolutam domo expellere.*

Jus illud vetus conſtat, quod adulterum attinet, ex
1. verbis L. XII. Tabb. *mœchum in adulterio deprehenſum necato:* quæ ex Aymaro, Rivallio & Oldendorpio citat Covarruv. *tom. 1. de matrim. P. 2. c. 7. §. 7. n. 1.* Quod ad uxorem, ex oratione M. Catonis *de dote*, quam refert Gellius *l. 10. N. A. c. 23. In adulterio uxorem tuam ſi deprehendiſſes, ſine judicio impune necares: illa te, ſi adulterares, di-*
2. *gito non auderet contingere, neque jus eſt.* Verùm Lex Julia hanc facultatem adimit marito: indulget tamen aliquid juſtiſſimo ejus dolori, quo ex tam gravi injuriâ afficitur, ut ei liceat tantùm adulterum, qui vilis aut infamis eſt conditionis, deprehenſum domi ſuæ, interficere
3. *l. 24 pr. ad L. Jul. de adult. l. 4. C. eod.* Ex quâ *l. 4.* conſtat, poſſe maritum in auxilium adhibere filios, ut iſtam explicat Odofredus, & Covarruv, *d. l. n. 6.* imò & alios, vid. Rol. à Vall. *conſ. 34. n. 8. & ſeqq. v. 2.* qui etiam quæ ſit vilis perſona; & quando dicatur in adulterio deprehēſa tradit.
4. *d. l. n. 1. 2. & ſeqq.* Libertus tamen patronum in adulterio uxoris deprehenſum, etiamſi ex eorum numero ſit, qui

ab alio interfici poſſit, occidere impune nequit. *l. 38. §. 9. d. t.* Jus igitur occidendi uxorem, & honeſtæ conditio- 5.
nis adulterum per L. Juliam marito non competit: quod ſi maritus impetu tractus doloris interfecerit uxorem, vel adulterum hujusmodi, ultimum ei ſupplicium remittitur & extraordinaria pœna infligitur, cum ſit difficillimum, juſtum dolorem temperare, *l. 38. §. 8. d. t. de adult. d. l. 4. C. eod.* Dn. Carpzov. *1. dec. 95.* Ob eandem rationem canones excommunicationis ſententiam ab eo removent, qui in clericum, cum uxore, matre, ſorore vel filiâ turpiter inventum, manus injecerit violentas *c. 3. de ſent. excomm.* Laymann. *theol. mor. l. 3. tract. 3. part. 3. c. 2. in fin.* Ideò autem patri, non marito, mulierem & o- 6.
mnem adulterum occidere permiſſum eſt, *quod plerumq́; pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit;* (h. e. pietas affectusvè patris in filiam continere eum potuit, ut neutrum interficeret Molin. *tom. 4. tract. 3. diſp. 99. n. 6.*) *cæterum mariti calor & impetus facilè decernentis fuit refrenandus*, ut dicitur *in l. 22. §. 4. d. t.* Cavetur tamen quin- 7.
to legis Juliæ capite, *ut viro adulterum in uxore ſuâ deprehenſum, quem aut nolit aut non liceat occidere, retinere horas diurnas nocturnasq́; continuas non plus quàm viginti, teſtandæ* (oſtendendo eum teſtibus) *ejus rei causâ, ſine fraude ſuâ jure liceat, l. 25. pr. eod. t.* Conf. Farinac. *prax. crim. part. 4. tit. 14. q. 121. p. 2. per tot.* Molinam *d. l. n. 12.* Perez. *in C. t. ad L. Corn. de ſicar. n. 32.* Porro Juſtinianus noviſ- 8.
ſimâ ſuâ conſtitutione jus iſtud mariti auxit, permittens ei occidere illum, quem ſuſpectum habet, ſi ter teſtatò ipſi denunciaverit, ne cum uxore ſuâ verſaretur, & is, ſpretis denunciationibus illis, repertus ſit cum uxore in

domo ejus ſive adulteri, aut in popinis aut ſuburbanis, locis ſc. aptis ad ſuſpicionem hujus turpitudinis. Sin autem maritus alio in loco, in quo ejusmodi ſuſpicio minimè eſſe poſſit, cum uxore verſantem illum invenerit, debet eum judici tradere, vid. *Nov. 117. c. 15. auth. ſi quis. C. de adult.* Farinac. *d. l. n. 125. & ſeqq.* Joachim. Scheplitz. *ad conſuet. Marchic. P. 1. t. 2. §. 7. n. ult.* Petrus Sarpus *de jur.*
9. *aſyl. c. 5.* *Cæterum,* inquit Petrus Gudelinus *comment. de jure noviſſ. L. 5. c. 18. hæc ſunt juris Romani, à quo diſcrepant mores noſtri, nimirum nihilo magis parentibus & maritis hujus maleficii* (adulterii ſc.) *vindictam permittentes, quam reliquorum maleficiorum: ac meritò tutiùs videtur hanc vindictam ſolis magiſtratibus committi. Veruntamen retenta & approbata manſit iſta ſeveritas lege & conſuetudine quorundam regnorum veluti Hiſpaniæ.* Similiter aſperitatem *d. Nov. 117. c. 15.* in Germaniâ non obſervari tradit Conr. Ritterſhuſ. *Jur. Juſtin. P. 12. c. 5. n. 8.* quem ſequitur Matthias Stephanus *in d. Nov. n. 20. 21.* Et Simon van Leevven ſcribit: *Eorum ſententia benignior & moribus convenientior videtur, qui hanc ſuiipſius vindictam non penitus impune ferendum, ſed mitiùs & pœnâ aliquâ arbitrariâ puniendam velint. Cenſur. for. theoret. pract. lib. 1. c. 1. n. 9.* Add. Anton. Matth. *crimin. l. 48. tit. 3. c. 7. n. 15.* Chriſtin. *ad L. Mechlin. tit. 2. art. 13. n. 19.* Carpzov. *def. for. p. 4. c. 10. def. 8.*
10. Autumn. *ad l. 4. C. ad L. Jul. de adulter.* Verùm cum conſtitut. criminalis Car. V. *art. 142.* expreſsè facultatis occidendi adulterũ uxoris & filiæ faciat mentionem, & ad anteriorũ legum permiſſionem ſe referat; exiſtimo, impune quem illâ occidendi adhuc hodie uti poſſe. Neque enim illiusmodi leges omnino damnandæ ſunt, *utpote quæ id non præcipiunt, nec ſuadent, nec ad id cooperantur;*

*ſed*

*ſed ut homines à tanto flagitio à tantâq; injuriâ, ac ignominiâ irrogandâ maritis abſtineant, & ut ſimul id ſit in pœnam nolentibus ſe à tantò flagitio continere, atque ob nimium dolorem & injuriam, quibus mariti ac patres laceſſiti id efficiunt, ſolùm permittunt ac impunitum relinquunt maritum ac patrem adulteræ interficere adulteros in adulterio deprehenſos,* ut docet Molina *tom. 4. tract. 3. de J. & J. diſp. 99. pr.* quod brevibus effert Laymann. *theol. mor. l. 3. tract. 3. P. 3. c. 2. n. 4.* dicens: *tales leges iniquas fore ſi id permittant approbativè,* (& ita accipit doctrinam Soti. *l. 5. q. 1. art. 3.* Covarruv. *tom. 1. de matrim. P. 2. c. 7. §. 7. n. 12.* Tholoſan. *l. 36. ſynt. c. 6.* Molin. *tom. 4. tract. 3. diſp. 7. n. 2. & 3.*) *non verò eſſe iniquas, cum id permittant ſolùm negativè, quatenus in tali caſu pœnam homicidæ non decernunt.* Jung. Gudelinus *d. l.* ubi Caſſiodorum citat *lib. 1. var.* dicentem: *pro amore pudicitiæ porrigere ferrum maritis, non eſt leges calcare ſed condere.* Imò Ant. Gomez. *l. 80. Tauri. n. 65. & ſeqq.* cum aliis, quos citat, affirmat, *ſi quis ſolicitet uxorem alicujus ad adulterium, & illa id marito detegat, poſſe impune ſe fingere, velle, ut accedente illo ad adulterium patrandum, impune percutiatur à marito, & ab aliis, qui ipſum ad eam percuſſionem coadjuvaverint, arg. l. ſi quis ſervo perſuaſerit. C. de furt.* Subjungit vero: *Cum certus ſit maritus, adulterium tunc non fore committendum, ac proinde adulterum illũ, in adulterio non deprehendat, non poſſe illum interficere impune, ſed tantùm poſſe illum* impune moderatè percutere pro culpæ & injuriæ ab illo intentatæ qualitate ac quantitate. Quamvis autem iſtas leges à finibus Chriſtiano- II.
rum relegandas & exterminandas eſſe ſtatuat Bened. Ægidius *tr. de jure & priv. honeſt. art. 6. n. 27. & ſeqq.* & eas-

dem pietati Chriſtianæ minimè convenire dicat Bachov. *not. ad Weſenb. t. de adult. n. 20. in fin.* Illas tamen expſicato modo poſſe tolerari puto. Add. Cephal. *conſ. 305.* Gilhauſ. *tit. de homicid. n. 37.* Novarius *concluſ. Pontific. 1.*
12. *n. 34. & ſeqq.* Spectat quoque huc, quod maritus notoriæ adulteræ alimenta denegare, eamque propriâ autoritate domo expellere poſſit. Joh. Petr. Surd. *tr. de aliment. t. 7. q. 16 n. 16. & ſeqq.* Add. Bened. Ægid. *d. tr. art. 6. n. 11.*
13. Præterea hîc addendum, quod marito uxorem non morigeram corrigendi jus competat, & propter eas cauſas, ob quas *N. 117. c. 8.* repudium conceſſum, flagellis aut fuſtibus cædendi *d. N. 117. c. 14.* ubi add. Gothofr. *lit. l.* Abſtinendum autem eſſe marito à verberibus usque dum ea ſumma neceſſitas exigat, Dd. ſuadent. Vid. de caſtigatione uxoris Andr. Tiraquell. *leg. conn. 8. n. 10. & ſeqq.* Rol. à Vall. *3. conſ. 27.* Ricc. *P. 1. Dec. Neap. 121.* Joh. Grak. *d. tr. de priv. autor. c. 12.* Arniſ. *de jur. conn. c. 7. ſect. 3. & ſeqq.* Donell. *l. 13. c. 21. circ. fin.* Hillig. *ibid. lit. n. & ſeqq.*
14. Molin. *tom. 4. tr. 3. d. 2. in fin.* Poteſt quoque maritus uxorem fugientem propria autoritate capere. Decian. *tr. crim. l. 7. c 10. n. 16 & l. 9. c. 11. n. 14. 15.* Joach. à Beuſt. *tr.*
15. *de jur. conn. P 2. c. 66.* Add. *aph. ſeq. circ. fin.* Denique non incommodè refertur huc quæſtio: an propter dotem promiſſam, non ſolutam, domo expelli queat uxor? Affirmat Gailius *l. 2. obſ. 87. n. 2.* Verùm *rectior* eſt ſententia contraria Joachimi à Beuſt *d. p. 2. c. 66.* Surdi *d. tr. de alim. t. 7. q. 17. n. 17. & ſeqq.* Fachin. *3. contr. 48.* Bach. *ad Tr. v. 2. d. 7. th. 5. lit. e.* Hillig. *d. c. 21. K.* Neque enim contrarium probant textûs à Gailio citati *l. 9. § f. de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſec. c. 6. q. 5. 30.* ut cuivis evolventi patebit.

tebit. Nec obſtat *l. ult. C. Sct. Vellej.* cujus hæc ſententia, quod ob dotem non ſolutam rixis & diſſidiis, & inde repudio cauſa præberi poſſit; Add. *c. 7. de don. int. vir. & ux. N. 22. c. 18.*

## CAPUT NONUM.
## De
# Jure domini ſervum caſtigandi.

## APHOR. I.

Quarta cauſa eſt dominica poteſtas: unde licet domino ſervum caſtigare vel etiam in vincula conjicere. Quarta cauſa, dominica poteſtas.

*SUMMARIA.*

*1. Dominus poteſt ſervum incarcerare.*
*2. Relegare.*
*3. Levis coercitio patrono competit.*
*4. Accommodari hæc jura poſſunt ad noſtros famulos.*
*5. Jus caſtigandi & incarcerandi competit etiam in adſcriptitios.*
*6. Capi etiam poſſunt curiales à ſociis.*
*7. Et Monachus à Monacho; uxor à viro.*

*t. t. C. de emend. ſerv. l. 6. §. 3. de Sct. Silan. l. ult. C. an* 1.
*ſerv. pro ſuo fact. ibi: domi eos conveni.* Boer. *dec. 275.* Donell. *l. 2. comm. c. 9.* Dn. Joh. Hermann. Stamm. Cam. Imper. Adſeſſor *tr. de ſerv. perſon. l. 2. c. 3.* Ita & licet dominæ moderatè caſtigare ancillam. Alex. *conſ. 75. v. 3.* Nec 2.
in vincula ſervum conjiciens aut loco aliquo includens, incurrit pœnam *l. un. C. de priv. carc.* Perez. *in ill. tit. n. 2.*

Poteſt

Poteſt etiam dominus ſervum, qui eum offenderat in villam mittere & quaſi ad tempus relegare, ut dicitur in *l. 35.*
3. *§. 3. de hered. inſtit.* Quin etiam levis libertorum coërcitio patrono competit *l. 7. §. 2. de injur.* Licitum quoque eſt ſervum fugitivum requirere & apprehendere *l. 2. C. de ſerv. fugit. l. 1. D. eod. add. l. 4. C. de his qui ad Eccleſ. conf.* Jung. Perez. *ad d. t. C. de ſerv. fugit.* ubi *in fin.* addit: *Explicatio hujus tituli plerisque videbitur fortè inutilis, eò quod apud nos nullus ſit ſervorum uſus: poteſt tamen habere aliquam utilitatem, ſi non directò, ſaltem obliquè, cum à ſimili valeat argumentum ductum à ſervis ad filiosf. & mona-*
4. *chos.* Accommodari etiam illa jura poſſunt ad famulos in officio ſuo delinquentes aut alios exceſsûs committentes. Jung. Dn. Stamm. *d. l.* German. poteſt dici: **Hauszwang.** Vid. eleg. *l. reſpiciendum. §. furta domeſtica. de*
5. *pœn.* Add. Molin. *tom. 4. tract. 3. diſp. 2. n. 13.* Præterea competit etiam hoc apprehendendi, caſtigandi & in vincula conjiciendi jus in colonos adſcriptitios & proprios homines (**Laſſen/eigene Leute**) *auth. ad hoc. ibi: datur licentia domino per ſe vel per præſidem abſtrahere adſcriptitium ſuum & plagis mediocribus eum caſtigare. C. de lat. lib. toll. l. un. in fin. C. de SCt. Claud. toll. l. ult. ibi: moderatâ corrigere caſtigatione: C. de agric. & cenſit. l. un. ibi: domino revocandi plena tribuatur poteſtas. C. de colon. palæſt. l. un. ibi: revocati, vinculis pœnisque ſubdantur. C. de colon. Illyric.* Chriſtin. *v. 5. belg. decíſ. 88. n. 27. & dec. 89. n. 11.* Farinac. *de carc. & incarc. l. 1. t. 4. q. 127. n. 35. verſ. limita nonò.* Bajard. *ad Clar. l. 5. rec. ſent. q. 68. n. 88. & 95.* Dn. Stamm. *d. tr. l. 3. c. 25.* Et hinc in causâ civis cujusdam Stralſundenſis, qui adſcriptitium ſuum revocaverat, & ne fugeret com-

compedes in ipſa urbe injecerat, eum in pœnam *d. l. un. C. de priv. carc.* non incidiſſe à Nobiliſs. Facult. Juridic. in Academiâ Juliâ reſponſum eſſe refert Dn. Hahn. *not. ad Weſenb. diſſ. 2. tit. de ſtat. hom. n. 5. verb. affinis.* Simile quiddam facultati apprehendendi ſervos ſancitum eſt de curialibus, (qui decurionum ordini adſcripti munera obibant municipalia;) & cohortalibus (i. e. Præſidis apparitoribus; dicuntur ita, quia iis præſides ut manu militari cohorteque prætoriâ uti ſolebant,) vel aliis corporibus conditione perſonæ obnoxiis, quod iſti, ſi conditionis declinandæ causâ fugerint, poſſint à ſociis illorum corporum, quorum intereſt, propriâ autoritate capi, & ad judicem loci, quo fuerint comprehenſi, adduci: qui non exſpectatâ alterius judicis notitiâ cauſam fugæ examinare poteſt & convictos reſtituere ſocietati, cui ſe ſubtrahere voluerunt, *l. 1. C. ubi quis decur. vel cohort. aliav. cond. conven. l. 54. C. de decurion.* Unde Baldus *in d. l. 1.* hanc conſtituit regulam: *Omnes homines, qui debent obœdientiam perpetuam, ſi ab obœdientiâ fugiunt, poſſunt propriâ autoritate capi & convicti debent ab obœdientiam reduci: unde ſi monachus fugit à monaſterio, vel frater minor à religione, vel uxor à viro propriâ autoritate poteſt capi.* Add. Donell. *17. comm. 2. circ. fin.* Hillig. *ibid. lit. p.* Perez. *in C. d. t. ubi quis decur. vel cohort.*

6. (margin, beside "Simile quiddam")

7. (margin, beside "Unde Baldus")

## Caput Decimum.

### De

# Retorſione Injuriarum.

### Aphor. I.

Quintacauſa, expeditiſſima cōmoditas.

Quinta privatæ vindictæ jure permiſſæ cauſſa

cauſſa eſt, expeditiſſima injuriæ propulſandæ & juris noſtri conſervandi, æquitate ita ſuadente, commoditas.

Poſſent quidem aliqui casùs, quos huic cauſæ ſubjiciemus, referri ad primam cauſam, ut: *injuriarum retorſio & pignorationes:* Quia verò privatæ vindictæ modi, quos jam tractabimus, à prioribus ſint diverſi: & in iisdem magis commmoda ſit, quàm neceſſaria vindicta privata: ideò hanc cauſam conſtituere volui, & ſub eâ comprehendere illos casûs, jure permiſſos, quibus magis commodè, ſecundùm tamen æquitatem, privata vindicta exercetur, quàm judex imploratur.

## APHOR. II.

Ob quam licita: I Retorſio injuriarum. Cujus not. Etym.

Hinc licita (I.) eſt Injuriarum retorſio, dicta à retorquendo, h. e. regerendo injurias in eum, qui illas in nos protulit.

*SUMMARIA.*

*1. Communiter legitur retorſio.*

*2. Rennemannus ſcribit: retortio.*

1. Communiter ſcribitur: *retorſio:* (uti quoq; in jure canon. *cap. 12. de jurejur.* legitur *extorſio:* verùm, cum illa vox ex ſupino verbi *retorquere* (qvod tantùm *retortum* eſſe
2. volunt, non *retorſum*,) deſcendat Dn. Henningus Rennemannus *tr. de jure retort. contr. verb. inj. præf. th. 1. lit. d. retortio* ſcribendum eſſe vult. Sic apud Ciceronem legitur à *contortum* derivata vox *contortio l. 4. ad Herenn. ſect. 19. & l. de fat. ſect. 8. in fin.* A *diſtortum, diſtortio l. 5. de finib. ſect. 12. l. 4. Tuſc. q. 29. ſ. 13.* Atque iſtam orthographiam

phiam probat quoque Guilielmus Budæus *annot. ad l. 1. de J. & J. pag. 40.* eodemque modo picta eſt vox in conſt. Elect. Auguſti *part. 3. conſt. 38.* Cæterum euphoniæ gratiâ communis ſcriptio rectè retinetur: Ita & alii apud Ciceronem *contorſio* non *contortio* legunt.

## APHOR. III.

Pro voce *retorſionis* utitur Paulus de Caſtro & alii Dd. vocabulo planè barbaro *retorcutionis*, it. *retorquitionis*. Antonius Capycius eâdem elegantiâ *reproperationem* vocat, & *reproperare injuriam* pro *retorquere* dicit. Aliis *recriminatio*, *relatio*, *vel injuriarum relatio* appellatur. Germ. **abgedrungene Ehrenrettung.** Synonymia

Caſtrenſ. *in l. 1. quod quisque jur. in al. n. 6. & paſſ.* Alex. de Imola *in rubr. d. t. n. 2.* Phil. Decius *in d. t. paſſim.* Capycius *Neap. deciſ. 58. n. 1. & 2.* Dn. Rennemannus *d. tr. P. 3. th. 55.* Nominatur & jam *mentita* & *mentitam dare* eſt retorquere. Add. Joh. Harprecht. *tract. crim. ad §. hæc actio. 12. I. de injur. n. 111. & ſeqq.*

## APHOR. IV.

Uſurpatur autem vox *retorſionis* vel de retorſione injuriarum; vel de retorſione juris iniqui. Homonymia.

Utrumque denotatur etiam abſolutè poſito illo vocabulo: nos poſterioris retorſionis tractationem, huic, quâ de retorſione injuriarum agimus, ſubjiciemus.

## APHOR. V.

Definitio. Retorſionem injuriarum definimus, quod ſit vindicatio, quâ injuriâ verbis affectus, regerendo verbis injuriam in afficientem, honorem defendit.

## APHOR. VI.

Retor. inj. moribus eſt introducta. Introducta eſt hæc retorſio moribus; & cum ea nec naturali nec divino juri repugnet, eâdem rectè utimur.

*SUMMARIA.*

1. *Convenit juri Civili aliquo modo.*
2. *Non in eo ſtatuta eſt.*
3. *Explicantur textûs, qui huc accommodari ſolent: nim. l. 3. de J. J. & J.*
4. *l. 25. de procurat.*
5. *l. 14. §. 6. de bon. libert.*
6. *l. fin. quod quisq; jur. in al.*
7. *Æquè tamen licita eſt, ac ſi jure civili introducta.*
8. *Retorſ. Injur. non contrariatur juri naturæ.*
9. *Firmatur hoc autoritate Ariſtotelis; it. Moraliſtarum ut.*
10. *Dominici Soti.*
11. *Gregorii de Valentiâ.*
12. *Pauli Laymanni.*
13. *Vincentii Filliucii.*
14. *Annectitur Veſpaſiani dicterium.*
15. *Non contrariatur juri divino.*
16. *Allegantur JCti hoc remedium defendentes.*

17. Alii

*17. Alii impugnant retorſionem inter quos eminet Henning. Rennemann.*

*18. Cujus cenſura examinatur: & reſpondetur ad ea, quæ aliorum argumentis ipſe regerit.*

*19. Defenſio vitæ & famæ non ita bene comparantur, ut defenſio rerum & famæ.*

*20. Inde latè reſpondetur iis, quæ hujusmodi argumentis objicit.*

*21. Objectæ fragilitati hujus remedii reſpondetur.*

*22. Removetur dubium, quod & infamis contra bonum virum uti hoc remedio poſſit.*

*23. Principium à Rennemanno præfixum explicatur.*

*24. Specialia argumenta Rennemanni refutantur.*

*25. Ad dicta ſcripturæ reſpondetur.*

*26. Aliæ objectiones reſolvuntur.*

*27. Aliquam retorſionem concedit Rennemannus, quæ eſt illa ipſa, quam nos defendimus.*

Deducere quidam conantur retorſionem ex Jure 1.
Juſtinianeo, qui ſi tantùm oſtendere illâ operâ ſatagunt,
iſtã convenire aliquo modo illi juri, non eſt quod contra-
dicam: quippe ipſe cenſeo occaſione & ad exemplum ne-
ceſſariæ defenſionis, quâ vis vi repellitur, hanc quâ inju-
ria injuriâ repellitur: & ad exemplum edicti, *quod quisq́;*
*juris in alium ſtatuit, hoc ipſe jure utatur,* hanc quoque re-
torſionem eſſe introductam. Sin verò intendant, hu- 2.
jusmodi vindicandæ injuriæ remedium ex LL. Juſtinia-
neis dari, eorum conatum irritum eſſe arbitror, cum nul-
lus dubitem retorſionem injuriarum, perinde ut actio-
nem ad palinodiam juri Juſtinianeo eſſe incognitam. Ad- 3.
duci ſolet (I.) *l. 3. de I. & I.* in quâ cum diſtinctim ponan-

tur *vis atq; injuria:* quod de vi dicitur ad corpus; quod de injuriâ ad honorem tuendum refert Harprecht. *ad d.* §. *hæc actio. 12. num. 83.* Verùm ipſa lex ſe explicat, quod vox *injuriæ* ibi nō in ſpecie de injuriâ, quâ honori alicujus detrahitur, ſed pro eo, quod non jure, & quidem in corpus, fit, ſumatur: additur enim: *nam hoc jure evenit, ut quod quisq; ob tutelã corporis ſui fecerit, jure feciſſe exiſtime-*
4. *tur.* Obrecht. *de neceſſ. def. c. 2. n 8.* Affertur (II.) *l. 25. de procurat.* ex quâ hoc remedium probari non poſſe, cuivis, qui caſum & verba legis rectè perpendit, patet. Proponitur nimirum in *d. l.* actor, qui procuratorem poſt litem jam conteſtatam remoturus erat, allegatâ aliquâ causâ, exiſtimationem procuratoris lædente; illi procurator in judicio ſe opponit & dicit, *dominum mentiri:* reſpondet JCtus: *apud Prætorem hæc finiri oportet.* h. e. cognoſci & per ſententiam definiri oportet, an falsò alicujus criminis inſimulaverit dominus procuratorem. Quia verò procurator negando cauſam, ob quam ab officio removeri debeat, afferat ſibi procurationem, ideo *non ferendus eſt procurator, nam hoc ipſo ſuſpectus eſt, qui operam ſuam ingerit invito:* niſi proteſtetur ſe *ut convitium purgaret non ut procurationem exſequi domino invito velit*, cauſam negâſſe: *& hactenus erit audiendus, ſi dicat ſe procuratione quidem carere velle, ſed ſi id illæsâ exiſtimatione ſuâ fiat: & ferendus* (in officio) utpote *pudorem ſuum purgans.* Nihil hîc de retorſionis remedio ſtatutum, quod vel hoc unicum oſtendit, quod totum illud negotium in judicio tractetur, & per judicem definiatur: nec enim per illa verba: *mentiris domine:* ſed per ſententiam Prætoris, qui de illâ causâ cognoſcere debet, exiſtimatio procuratoris ſerva-

vatur. Non tamen diffiteor ex *d. l. 25.* poſſe probabiliter elici, non eſſe injuſtum verbis injuriam repellere, cum procurator propterea, quod domino reſponderit: *tu mentiris:* non culpetur. Bart. & alii Dd. *in d. l.* Add. Dn. D. Rinckius *p. m. coll. Pand. d. 7. ad d. l. 25.* Allegari ſolet (III.) text. *l. 14. §. 6. de bon. libert.* Verùm licèt in eo alicujus retorſionis criminum fiat mentio, illa tamen ibi non eſt remedium vindicandi privatâ autoritate injurias: ſed *retorquere crimen* eſt, illi, qui nos accuſavit criminis, per exceptionem crimen objicere, (nam accuſare accuſantem, priusquam ſe crimine quis exſuerit, non licet *l. 19. C. qui acc. non poſſ.*) cujusmodi retorſio eſt etiam in *l. 3. §. 14. de SCt. Silan.* Add. Perez. *in C. t. qui accuſ. non poſſ. n. 10. & tit. ſeq. n. 1. 2.* Caſus autem *d. l. 14. §. 6.* eſt talis: Libertus accuſavit patroni filium majeſtatis: patroni filius excipiendo oſtendens ſe calumnioſè accuſatum, deſiderat, ut ob calumniam libertus capite puniatur: hinc quæritur, an patroni filius removeatur à contra tabb. bon. poſſeſſione, eò quod libertum capitis accuſaverit? Reſpondetur quod non debeat repelli, & dicitur idem eſſe ſi excipiendo alia crimina retorſerit: ratio ſubnectitur hæc: *ignoſcendum enim eſt ei, ſi voluit ſe ulciſci provocatus.* Ex illo igitur textu non quidem poteſt probari, retorſionem injuriarum in jure Juſtin. fundatam eſſe: elegans tamen inde duci poteſt argumentum, remedium hoc non eſſe injuſtum. Sicut enim patroni filius capitale crimen retorquens in libertum, qui eum prius accuſaverat, non agit injuſtè, nec propterea amittit jus bon. poſſ. contra tabb. in bonis liberti, quod aliàs ſi ipſe, filius ſc. patroni, prius accuſaret, amitteret ſec. *d. l. 14. pr.* Sic etiam qui in proſcin-

ſcindentem conviciis convitia regerit, non committit injuriam, quam aliàs committeret, ſi provocatus non fuiſſet: & convenit etiam huic retorſionis juri ratio, quam
6. ibi ſubnecti diximus. Similiter (IV.) ex *l. f. quod quisq; jur. in al.* nihil aliud deduci poteſt, quàm quædam affinitas illius edicti & hujus remedii: quam affinitatem explicat. Dn. Hahn *in laudatis jam notis ad Weſenb. diſſ. 3. ad d. t. quod quisq; jur. in al. n. 2. verb. ſed nec qui ſtatuit aut uſurpat.* his verbis: *Ut ſtatuere aut impetrare jus novum eſt illicitum: ita & convitium dicere alicui illicitum eſt. At uti non peccat magiſtratus, qui contra eum, qui antè ſtatuerat jus novum contra illud ſtatuit, aut privatus contra eum, qui tale jam antè impetraverat, nunc iterum illud uſurpat: (licèt ille non alio remedio, quàm novi juris conſtitutione aut impetratione utatur:) ita etiam qui, altero convitium dicente, retorquet, injuriam non committit.* Apparet igitur in allegatis textibus retorſionis jus non eſſe ſtatutum; ſed occaſione & exemplo illorum hoc poſteà moribus introductũ. Non
8. tamen propterea, quod hoc remedium legibus Juſtinianeis non nitatur, ſed moribus introductum ſit, minus licitum eſt, uti arguere videtur Joh. Georgius Dorſchæus p. m. *apolog. judic. Theolog. Acad. Argentorat.* Non enim illud ſolùm juſtum ac licitum eſt, quod Juſtiniani autori-
9 tate firmatum, uti ex ſequentibus patebit. Nunc igitur videndũ: an retorſio injuriarum juri naturali & divino repugnet? Neutri juri illam repugnare dicimus. Quod primum attinet jus naturale, conſtat *ex cap. 1. aph. 3.* illud admittere eam vindictam privatam, quæ fit defenſionis gratiâ in continenti ita, ut defenſio ſit æqualis offenſioni: quod cum non ſolùm in defenſione vitæ, ſed etiam

re-

rerum, quæ per judicem quoque repeti poſſent, obtineat; non erit famam privatâ autoritate defendendi facultas denegata: præſertim cum res longè vilius ſint bonum, quàm honor, quem rectiſſimè Philoſophus bonorum externorum maximum eſſe dicit *4. Ethic. 7.* add. *c. 15. q. 1. 6.* Sicut igitur in defenſione rerum vis vi opponitur: ita in defenſione famæ injuria injuriæ. Licèt enim vis, perinde ut rebus, famæ non poſſit inferri, adeoque nec eadem ſit defenſionis neceſſitas, cum fundamentum famæ in honeſtate morum, vitæ probitate aliisque qualitatibus poſitum nec atrocisſimæ injuriæ evertere queant: quia tamen ob internum illud & nobis cohærens fundamentum debebamus externo ab aliis honore affici: ideo qui injuriam in aliquem profert, non tribuit ipſi, quod ei debebatur; qui verò alicui non tribuit, quod debet tribuere, ille non poteſt non eum lædere. Add Gregor. de Valentia *comm. theol. tom. 3. diſp. 5. q. 16. punct. 1.* Hinc ita læſo privatione honoris externi conceditur viciſſim lædere privatione honoris externi, ut læſionem ſibi illatam per hoc ἀντιπεπονθὸς reſarciat. Eodem principio innititur actio ad palinodiam, ut nimirum is honorem externum debitum, quem alteri denegavit, rurſus exhibeat. Confir- 9.
mare videtur noſtram ſententiam locus Ariſtotelis *2. Rhet. 2*: ἀντιποιοῦντες οὐχ ὑβρίζουσιν, ἀλλὰ τιμωροῦνται, i. e. referentes injuriam non afficiunt injuriâ, ſed vindicant injuriam. Et locum hîc habere poteſt illud ejusdem: τὸ αὐτὸ ἀντιποιεῖν, οὐ δοκεῖ ἀδικεῖν, *L. 5. Eth. 15.* Admittit etiam hanc defenſio- 10.
nis ſpeciem Dominic. Soto *de J. & J. l. 5. q. 9. art. 3. circ. fin. Poſtrema*, inquiens, *ſupereſt dubitatio, utrum quando reſiſtere licitum eſt, tunc fas ſit pro unâ ſusceptâ contumeliâ*

 *aliam*

*aliam rejicere? Appellat me quiſpiam latronem, appello eum ſicarium. Notat meum genus, noto ego ſuum ingenium & mores. Reſpondetur imprimis nunquam licere crimen falſum alteri objicere, eſſet enim mendacium idemq́ perniccioſum. Præterea neq́ crimen defectumvé ullum vel occultum vel publicum per modum vindictæ licet in convitiatorem reſpuere, ſed tantùm per modum defenſæ vim vi repellendo. Hoc eſt: non licet illi objicere crimen, quod impertinens eſt ad obterendam ejus autoritatem, ſed illud prorſus quod ad id eſt neceſſarium, ut ſi dicam eum eſſe hominem mendacem & ad ejus confirmationem patefaciam aliqua ejus mendacia, ut in eo quod mihi impingit, defringatur ei fides. Si autem me appellat concubinarium, non licet mihi eum appellare latronem,*
11. *ſicut neq́ jus percutientem repercutere.* Hæc ille. Cujus ſententiæ accedit Gregorius de Valentia *d. tom. 3. diſp. 5. q. 16. punct. 3.* dicens: *poteſt contumelia repelli vel exponendo veritatem vel etiam ut rectè notat Sotus objiciendo alteri verum crimen, quo reprimatur ejus audacia; ut verè dicendo illum eſſe mendacem &c: Nam licitum eſt hoc facere cum mo-*
12. *deramine inculpatæ tutelæ juxta ordinem charitatis.* Eidem conſentit Paulus Laymann. *theol. mor. l. 3. tract. 3. part. 2. c. 6. n. 2. in fin. Convitium,* inquiens, *inferenti licitum non eſt referre; ſicuti nec percutientem repercutere, vindictæ causâ: ſecus ſi fiat cum moderamine inculpatæ defenſionis: id eſt, ut non plus contra alterum moliaris, quâm ad injuriam arcendam neceſſarium ſit: ut ſi convitium injuſtè inferenti ad elevandam fidem hominis dicere debeas eum mentiri vel*
13. *mendacem eſſe.* Approbat quoque retorſionem Vincentius Filliucius *tom. 2. quæſt. mor. tract. 29. c. 3. n. 49.* dum ait: *verbales injuriæ verbis repelli poſſunt, quæ eſt legitima*

*vindi-*

*vindicta.* Non denique prætereundum quod Veſpaſia- 14.
nus Imp. de jurgio quodam Senatoris equitisque Romani
pronunciavit: *non oportere maledici ſenatoribus, remaledi-
ci civile fasq́; eſſe:* ut teſtatur Suetonius *in ejus vitâ c. 9.* De- 15.
inde nec juri divino hanc injuriarum vindicationem con-
trariari ſtatuo: uti enim illud aliam privatam vindictam
expreſsè permittit, (ut *occidere furem nocturnum. Exod.
22, 2. & 3. interfici à propinquo occiſi homicidam*, ut quidam
colligunt ex. *Exod. 19, 6. Joſ. 20, 3.* Add. etiam *Num. 25, 8. 11.*)
ita hanc privatæ defenſionis ſpeciem nullibi prohibet.
Defendunt hoc jus retorſionis injuriarum Bartolus *ad l.* 16.
*25. de procurat.* Alexander ab Imola *ad l. f. quod. quisq́; jur.
n. 3.* Abbas *ad c. cum te. 23. de re judic. n. 25.* Felinus *in c. di-
lecti. 8. de except. n. 11.* Uldaricus Zaſius *ad l. ult. quod quis-
que jur.* (hactenus enumerati Dd. licèt tantùm doceant
rectè injuriam dicenti reſponderi *tu mentiris*: per hoc
ipſum tamen retorſionem approbant, cum mendacii in-
juriâ afficiens arguatur, quod ſanè aliàs gravis eſt injuria,
uti quoque addit Zaſius *ad d. l. f.* qui etiam *in parat. ad tit.
de procur. circ. fin.* dicit: *vindictæ causâ retorquere poſſum
in alium etiam contumelias, dum ſit juſta defenſio: ibiq́; cit. d.
l. Bart.*) Ludolphus Schraderus *de feud. part. 9. c. 4. n. 114.*
Joach. Mynſing. *cent. 5. obſ. 17.* Gailius *L. 2. obſ. 100. n. 3. &
101. n. 4.* Schneidevv. *ad t. de injur. §. 1. n. 8.* Berlichius *part.
5. concl. 64.* Dn. Carpzov. *prax. crim. part. 2. q. 97. n. 22.* Bo-
cerus *de famoſ. lib. c. 5. n. 44.* Obrechtus *tract. de neceſſ. de-
fenſ. c. 1. n. 9.* Fachinæus *L. 9. controv. 12.* Arumæus *Exerc.
ad Inſt. 17. th. 17. & l. 2. dec. 13.* Dn. Frantzkius *Exerc. 12. q.
7.* Beſold. *theſ. Pract. verb.* **Lügen.** Valent. Riemerus *ill.
quæſt. dec. 12. q. 8.* Græveus *L. 2. concl. 100.* Harprecht. *ad*

*d. §. hæc actio. n. 82.* Marta *Dig. noviſſ. tom. 2. tit. defenſio c. 3. & tit. injuria. c. 37.* Ant. Perez. *in C. t. de injur. n. 8. 9. 10.* Bernh. Sutholt. *Diſſ. ad Inſt. 16. aph. 56.* Dn. David Mevi-
17. us *comm. in jus Lub. l. 4. t. 4. art. 10. n. 1.* Impugnant retorſionem hanc Fr. Zoannettus *defenſ. tripart. part. 1. n. 51. & ſeqq.* Julius Clarus *lib. 5. rec. ſent. §. injuria. n. 14.* Claud. Bertazollius *addit. ad Parent. conſil. crim. 135. lit. a.* Sigiſm. Finckelthaus *pract. obſerv. 37.* Dn. Eraſmus Ungepaur *diſſ. ad Inſt. 13. q. 10.* Anton. Matthæus *de princ. jur. al. jac. diſp. 12. th. 24.* & cumprimis Dn. Henningus Rennemannus *comment. de jure retorſionis contra verb. injur. hodie paſſim uſurpatæ*: qui jus retorſionis adeo damnat, *ut infauſtum & nefaſtum quaſi jus in perniciem rei privatæ & publicæ, ex maligni dubio procul illius genii, qui* διαβόλος ἀνθρωποκτόνος, *qui* ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκε, *h. e. calumniator & mendax à Servatore noſtro, apud Johan. cap. 8, 44. nuncupatur, ingenio derivatum*, dicat *Part. 3. d. comm. theſ. 17. lit. a.* Et *ex theatro & foro juridico procul ad Garamantas & Indos extermi-
18. nari* velit *P. 2. theſ. 1. in fin.* Cum verò Dn. Rennemannus *in d. comm.* ea, quæ contra hoc jus afferri poſſunt, latè & eruditè tractaverit: ideò, miſſis reliquis Autoribus, videbimus (I.) quid ipſe aliorum argumentis regerat. (II.) Quid pro deſtruendo hoc jure afferat. Reſpondet autem *in P. 3. theſ. 2. & ſeqq.* (1.) ad quædam dicta ſcripturæ, quod nihil ad nos, cum iis dictis non innitamur. (2.) *th. 12. & ſeqq.* reſpondet ad Leges, quæ ex jure Juſtinianeo adduci ſolent, de quibus noſtram ſententiam jam ſupra expoſuimus, quod ſcil. iis quidem non ſit promulgatum hoc remedium; appareat tamen inde, illud
19. iisdem aliquo modo convenire, (3.) *th. 19.* refutat argumentum, quod à vitæ & famæ comparatione deducitur: cujus

cujus infirmitatem ipſi concedo; vitæ enim defenſionem
privatam ſumma neceſſitas, ordinariam judicii viam planè excludens, requirit: quod in famæ defenſione non
obtinet, utpote quæ in judicio inſtitui poteſt. Verùm ſi
à defenſione rerum famæ defenſionem inferam, ſatis firmam puto me nectere conſequentiam, ut ſupra oſtenſum. Nec oberunt tunc cætera quæ Dn. Rennemannus re- 20.
gerit *d. th. nim.* (1) *quod vis vi repellatur, ne vis inferatur; retorſione verò non poſſit effici, injuria ne inferatur.* Reſponderi enim poteſt: ſicuti qui in continenti recuperat res
ablatas vim vi repuliſſe, & non tam recuperâſſe poſſeſſionem, quàm continuâſſe videtur, ut ſupra dictum: ita quoque non eſt opus, ut retorſione vis avertatur, ne fiat, ſed
etiam juſta eſt defenſio, ſi injuriam in continenti retorquendo honor conſervetur. *Vid. conſ. Petr. Calephat. 8. & 88. in conſ. cum v. 2. Zilleti.* (2.) Quod *ſint ordinaria remedia in jure propoſita, quibus etiam atrociſſima injuria optimè vindicari poſſit.* Reſp. Etiam ad res vindicandas optima
remedia in jure ſunt propoſita: inde tamen non ſequitur,
quod privata rerum vindicatio non ſit licita: & commodior ſanè hæc eſt defenſio extrajudicialis. (3.) Quod *fama reverà convitiis non lædatur.* Reſp. Verum id eſt hactenus,
ut per injurias non fiat quis infamis, denegatur tamen iis
honor externus debitus, ut ſuperiùs expoſitum. (4.) Quod
*licèt ſit aliqua famæ diminutio: tamen damnum hoc non ſit irreparabile, & fama in illud diſcrimen non ſit adducta, ut niſi in continenti defendatur, nunquam reparari poſſet.* Reſp.
Summa ejusmodi neceſſitas non ad omnem defenſionem
privatam requiritur, ut vel ex defenſione rerum conſtat.
Nec etiam verum eſt, quod ſæpius urgetur in *d. tract.*

propterſolam neceſſitatem licitam eſſe privatam vindictam. Ipſe enim Dn. Rennem. admittit *th. 4. part. 2.* illam privatã vindictam, quam exercet pater in adulterum cum filiâ; & maritus in adulterum: cujus ſanè cauſa non eſt neceſſitas. Quæ autem cauſa ſit retorſionis injuriarum ſatis ſuperiùs explicatum. (5.) Quod, *ſicut vulnere accepto, niſi metuatur aliud, defenſio & propulſio locum non habeat: ita etiam famâ jam læsâ non poſſit eſſe locus retorſioni.* Reſp. I. Cum hoc argumentum tantùm impugnet eum caſum, quando certus eſt injuriâ affectus, alterum plura convitia non prolaturum: non obſtabit illi caſui, quando quis perrecturo in conviciando retorquendo os obturaret. 2. Qui ei; qui vulneravit, licèt non impendeant plura vulnera, vulnus tamen rurſus infligit, tantùm hoc facit ut alteri noceat, neque rurſus vulnerando vulnus ſibi illatum ſanare poteſt. Sed qui injuriam retorquet nullâ alterum afficit injuriâ, ſed tantùm fidem ejus elevando & honorem, quo alter ſe indignum judicat, rurſus denegando, honorem ſibi debitum conſervat, ut paulò ante oſtenſum. 3. addi poteſt, quod etiam percutientem rurſus percutienti ignoſci nonnunquam ſoleat, *juxta cap. 4.* Vid. Thomam. *2. 2. q. 41. art. 1. verſ. Reſpondeo.* Pertinet huc etiam quod (6.) regerit *th. 17. P. 2. lit. e. impoſſibili eſſe, retorſione efficere, ut convitii verbum non ſit prolatum.* Reſp. Nihil inde ſequitur: quemadmodum enim licet impoſſibile ſit factum ablationis recuperatione rei reddere infectum, tamen rem recuperare poſum: ita licet impoſſibile ſit facere injuriam non eſſe prolatam, tamen damnum hono-
21. ri verbis datum verbis reſarcire poſſum. Et quod (7.) *d. P. 2. th. 20.* movet, *ad evellendam ſuſpicionem, quam for-*

tè

*tè audientes illud convitium concipiunt, retorſionem eſſe remedium nimis fragile & enerve: cum illius, ſi qua ſit, per contrariam retorſionem, quæ in rixis & contentionibus imò & in retorſionis libellis contrariis plerumq́ reponitur, efficacia penitus retundatur.* Reſp. Nos expeditiſſimum hoc eſſe remedium arbitramur, & ejusmodi contrariam retorſionem eſſe illicitam dicimus, cum non ſit quod retorqueatur. Si verò eâ quis utatur, peccat, nec quicquam inde ad damnandum legitimum jus retorſionis inferri poteſt. (8.) 22.
Eàdem theſi dicit: *Hâc retorſionis nubeculâ vaniſſimi quiq́ ſordibus & infamiæ maculâ conſpurcati ſe tegere ſæpiſſime contra bonos quosq́ collaborant, qui ſi purgare ſe retorſione poſſent, nemo purior improbis & infamibus eſſet.* Reſp. Etiam viro minùs bono objectum injuriandi animo verum crimen eſt injuria per *l. 5. C. de injur.* rectè igitur talis etiam contra bonum virum utitur actione injuriarum vel jure retorſionis; nec iniquam tunc patitur conditionem vir bonus, quippe quem ſcire oportebat, ſe non decere injuriâ alterum (quicunque iſte ſit) afficere: ſin abſit animus injuriandi tunc nulla eſt injuria, nec retorſio locum habet. Perpenſis illis, quæ Dn. Rennemannus aliorum 23.
argumentis objicit, ejusdem argumenta nunc eo, quo *in Part. 2. d. comm.* propoſuit ordine, conſiderabibus. Primò hoc diſputationi ſuæ præfigit principium: *Omnia Jurisprudentiæ præcepta in foro Chriſtianorum ſacroſanctæ ſcripturæ in veteri & novo Codice, gnomoni præfixo conformia ſunto: difformia removentor. d. Part. 2. theſ. 3.* Quod principium quidem non negamus, explicatione tamen quâdam indigere omnino exiſtimamus. Nimirum

mirum Jurisprudentiæ principia ſunt leges civiles actiones hominum dirigentes: quas quidem leges contrariari ſacris literis non oportet: at quia in ſacrâ ſcripturâ (ut docet Dn. Georgius Calixtus beat. memor. *epit. theol. part. comm. part. 3. rubr. de verbo Dei.*) Deus ſecundùm ſuam juſtitiam requirit à nobis, ut ſimus tales, quales ipſe initiò eſſe voluerat & condiderat, adeoque ſeſe diligamus ſupra omnia & omnibus viribus, proximosque noſtros ſicut noſmetipſos, etiam inimicos, ut explicat Chriſtus *Matth. 5. v. 44.* neque tantum externam obœdientiam præſtemus, ſed & internam, ut ne quidem temere iraſcamur *Matth. 5, 22.* ſatis conſtat neminem mortalium unquam ejusmodi obœdientiam præſtitiſſe aut præſtare poſſe. Hinc lex civilis, quæ ſcribitur hominibus in ſocietate civili viventibus, accommodat ſe ad captum humanum, & interdum nonnulla permittit, quæ ſi ſecundùm illa Dei præcepta examines, ac ſi absque perversâ noſtrâ naturâ eſſet, quæ obœdientiam illis præſtare perfectam nequit, non forent admittenda. Confirmat hoc eleganter Imp. Leo *in Nov. 83. Si à ſpiritûs*, inquiens, *legibus ita ſe mortale genus regi ſineret, ut humanis præceptis nihil indigeret, id verò & decorum & ſalutare eſſe: at quoniam ſe ad ſpiritus ſublimitatem elevare divinæq; legis vocem amplecti non cujusq; eſt: ac verò quos huc virtus ducat, numero valdè pauci ſunt: bene ſeſe adhuc res haberet, ſi ſaltem ſecundùm leges humanas viveretur. Quæ vocantur pecunia creditæ uſuræ, utique à Spiritûs decreto condemnantur. Id ſciens pater noſter æternæ memoriæ Princeps, uſurarum ſolutionem ſanctione ſuâ prohibendum putavit.*

*Quanquam igitur ex ſe legem culpare (quod quidem*

*etiam*

*etiam abſit) nequeamus, propterea tamen quod humana natura (quando diximus) ad illius ſublimitatem non perveniat, egregium illud præſcriptum abrogamus: ac in contrarium ſtatuimus, ut æris alieni uſus ad uſuras procedat.* add. *Novell. Juſtin. 44. c. 1 § ult.* Illo principio ita explicato facilior erit ad argumenta, illi ſuperſtructa, reſponſio. Primũ eorum eſt: 23.
*Quod anſam præbet propriæ, extra casûs expreſſo jure permiſſos vindictæ: quod malum malo recompenſandum & quod criminantem recriminandum præcipit: id abhorret à Sacræ Scripturæ præceptis: & proptereà ex Chriſtianorum foro exterminandum. Sed talis eſt hæc de jure retortionis doctrina vulgò recepta ex magnâ parte. Ergo ex illâ parte quâ abhorret à Sacræ Scripturæ placitis, eſt è Chriſtianorum foro imò omni illorum conſortio exterminanda. Part. 2. th. 4.* Reſp. ad majorem, eam diverſas continere propoſitiones, quarum prima: *quicquid anſam præbet extra casûs jure permiſſos vindictæ, illud &c.* eſt particularis, minùs autẽ commodè fit univerſalis, addendo: *extra casûs expreſſo jure permiſſos:* idem enim eſt, ac ſi dicerem: *omne animal, excepto eo quod habet rationem, eſt irrationale.* Altera propoſitio vera eſt, ſi addantur verba: *animo nocendi & injuriam inferendi:* & tunc negatur minor. Dicta ſcripturæ, quæ *theſ. 5.* ad probandam majorem affert, in duo genera diſtinguo: quædam enim (ut: *Deut. 32, 35. Pſ. 94, 1. Nah. 1, 2. Jer. 51, 36. Ebr. 10, 30. Prov. 20, 22.*) Deo vindictam adſcribunt: unde dicit. Dn. Rennemannus *ultionem eſſe ἀξίωμα ſoli Deo atq; ipſius in hoc mundo vicariis legitimis magiſtratibus reſervatum: quod qui ſibi privatâ autoritate ſumat, eum in læſæ majeſtatis divi-* 24.

*næ & humanæ crimen incurrere.* Verùm enimverò id ex ipſius etiam mente non aliter, quàm particulariter, & quod privata vindicta regulariter ſit prohibita poteſt intelligi. Ipſe enim *in d. th. 4. lit. a.* excipit *offenſionem hoſtis, transfugæ, militiæ deſertoris, latronis, populatoris, furis nocturni, aggreſſoris, ſtupratoris violenti, proſcripti, adulteri filiæ & uxoris:* quibus caſibus cum non obſtent illa dicta, cur quæſo tantùm obſtabunt juri retorſionis? præſertim cum de occiſione adulteri maximè dubitare liceat, an juri divino conveniat, uti ex citatis *c. 8. n. 9.* Autoribus conſtat. Quædam porro dicta (ut: *Levit. 19, 18. Syrac. 28, 1. Ezech. 25, 12. & ſeqq. Rom. 12, 14. 17. 19. Prov. 24, 29. cap. 12, 16. I. ad Cor. 4, 12. 13. Matth. 5, 44. Luc. 6, 27. 28. 1. Cor. 6, 8. Coloſſ. 3, 12.*) prohibent vindictam, quæ fit ulciſcendi animo & in alterius dolore acquieſcit, quod ſatis confirmat cit. loc. *Ezech. 25, 15.* ex cujus verbis manifeſtò apparet, nudo ulciſcendi & nocendi animo vindictam factam eſſe eam, quam Deus punire minatur: quod optimè exprimit verſio Lutheri: **Darümb daß die Philiſter ſich gerochen haben/und den alten Haß gebüſſet nach alle ihren Willen am Schaden meines Volcks** &c: add. elegans textus Auguſtini, qui habetur in *c. 51. q. 4. 23.* Et ſanè illa ſcripturæ dicta odium erga inimicos prohibentia & ut hoſtibus benedicamus adhortantia ſimpliciter ſi ſint accipienda: illicita quoque erit injuriæ vindicatio in judicio. Ejusmodi igitur dicta prohibent iram, odium; inculcant patientiam: non verò prohibent, famam, ſi id opus ſit, defendere: eſt autem defenſionis non ultionis modus retorſio, adeoque iſtis dictis non prohibetur. Quò pertinent, quæ verè (licèt minùs elegantibus verbis) ſcribit Conſt. Rogerius *mir. tract. de ſumm. bon. §. 10. n. 8. In omni caſu meritum*

*ritum eſt remittere rancorem animi: quod tenemur face e, c. ult. diſt. 5. de pœnit. quia non eſt licitum nobis aliquem odio habere. c. cum in lege. q. 4. 23. tamen non tenemur remittere actionem injuriarum, ſeu ſatisfactionem vel aliàs coërcitionem aut diſciplinam contra injuriantem. c. & qui emendat. diſt. 45.* Atque ex his jam conſtat minorem eſſe falſam: eſt enim retorſio ex numero caſuum permiſſorum: nec fit nocendi ſed defendendi animo. Licèt enim Dn. Rennemannus pro firmandâ ſuâ minore *th. 6.* distinctionem noſtram inter vindictam, quæ nudæ ultionis gratiâ ſuſcipitur, & eam, quæ defenſionis & ab injuriâ nos liberandi gratiâ fit, impugnare videatur: ea tamen tam altas radices egit omni jure, ut fruſtra ſit quicunq; eam nititur evellere Vid. ſupr. *cap. 1. aph. 3. & 4.* Libenter itaque concedimus Dn. Rennemanno *retorſionem neq; fingi neq; pingi poſſe ſine vindictâ;* ſed eâ, quæ à nobis removendæ injuriæ gratiâ fit: concedimus etiam eſſe *ſpeciem privatæ vindictæ;* verùm ejus, quæ, ſicut & aliæ ſpecies, quas ipſe *th. 4.* admittit, jure permiſſa: nec ideo eſt illicita quod is, in quem retorquetur, aliquo modo iterum lædatur. Nam & injuriarum actione conventus iterum læditur: & privatæ iſtæ vindictæ, quas ipſe non rejicit, etiam ſunt conjunctæ cum læſione: nec verò omnis læſio eſt injuria ſ. injuſtè factum, ut mox exponetur. Majore itaque & minore illius argumenti ſublatâ, non ſequetur indubitata concluſio, quam *theſ. 7.* proponit.

Porro Dn. Rennemann. *theſ. 8.* 25.
hunc fontem oſtendit: *Si quod in Juriſprudentiâ præceptum reperiatur à veræ philoſophiæ principiis abhorrens, id ex bonorum virorum conſortio removetor.* arg. l. 1. §.

*1. de J. & J.* Ex hoc fonte hoc argumentum *th. 9.* derivat: *Quod alios lædit; in ſuum cuiq; tribuendo perperam procedit & in bonos honeſtè vivendi mores impingit; id ex foro juridico ut veræ Philoſophiæ contrarium removeri debet. At hoc agit retortio. E.* Majori hujus argumenti, priusquam minor per partes probetur, melioris intellectûs ergo addo: Quod alios *injuſtè* &c. Et nullum eſt dubium ita intellectam velle majorem ipſum Autorem. Minoris *primam partem.* theſ. 11. ita probat: *Quisquis alium injuriâ vel contumeliâ verborum adficit: is illum ſic adfectum* (injuſtè) *lædit. Sed retorquens injuriam afficit verbali injuriâ & contumeliâ illum, in quem retorquet. E. illum lædit.* Reſp. In hoc argumento ſunt quatuor termini: in majore enim injuria & contumelia ſumitur formaliter pro delicto, quo alicujus fama convitiis injuriandi animo prolatis proſcinditur: in minore verò materialiter pro læſione aliquâ, quæ licitè, non commiſſo delicto, infertur ei, qui nos injurià affecit: eſt vero ita retorquens extra culpam, quia non eo animo retorquet, ut alteri noceat, ſed ne ſibi noceatur. Bernh. Suth. *d. diſſ. ad Inſt. 16. aphor. 56.* Sic etiam qui jus iniquum, in impetrantem jus iniquum, retorquet, alterum afficit injurià materialiter, uti eleganter probat *l. 3. §. 3. quod quisq; jur.* ſed non formaliter: h. e. læditur quidem alter (in utraque retorſione:) ſed illa læſio eſt conjuncta cum corformitate cum jure; ergo non poteſt dici injuſta, & formaliter injuria: formale enim omnis delicti, atque adeo etiam injuriæ conſiſtit in difformitate à jure: ſic etiam

jam qui vim vi repellit, facit vim, ſed non injuſtam, ſimiliter qui alterum occidit ad ſui defenſionem, committit homicidium, phyſicè ſc. ſed non moraliter. Quæ porro *theſ.14.& ſeqq.* regerit *de diſſimilitudine injuriæ realis & verbalis; diſtinguens inter vim de futuro & in præſenti impendentem, & jam illatam: & quod tum tantùm vindicta ſit licita, ſi urgeat neceſſitas; & quod fama injuriis non verè lædatur*: hæc omnia ſuperiùs *in hâc exeg.* ſunt refutata. Pro probandâ *ſecundâ parte* minoris hoc affertur argumentum *th. 21: Quisquis autoritate privatâ vindictam de illo, qui ſibi fecit injuriam, ſumit: is in tribuendo ſuum cuique perperam procedit. Sed injuriam, præſertim ex intervallo, retorquens autoritate privatâ vindictam ſibi de injuriam faciente ſumit.* E. Maj. probat, *quod ſoli Deo & magiſtratui competat vindicta.* Sed ad hoc jam ſatis reſponſum, hoc regulariter verum eſſe; excipi autem inter alia jus retorſionis injuriarum: aliàs hoc argumentum illos quoque casûs everteret, quos ipſe licitos eſſe non negat *th. 4.* In minore addit: *præſertim ex intervallo:* quod nos in legitimâ retorſione non admittimus. *Tertiam partem* hàc ratione aſſerit *th. 24: Quisquis optimorum quorumcunque ex intuitu patientiæ, manſuetudinis, humanitatis, modeſtiæ, clementiæ, & æquanimitatis profecta tam præcepta, quàm exempla ab omnibus omnium ſeculorum viris bonis decantata, contrafaciendo negligit vel contemnit: is in bonos honeſtè vivendi mores impingit. Sed hoc facit, qui injuriam ſibi factam pòſt in fa-*

*cientem retorquet. E.* Minorem ut probet, cumulat *th. 26.27.30.* Senecæ & aliorum ſententias injuriarum contemtum laudantes & ultionem prohibentes: affert etiam *th. 29.32.* exempla eorum, qui injurias patienter tolerârunt. Verùm iſtiusmodi dictis vel exemplis ſi ita ſimpliciter inhærendum, eodem collectionis modo actionem injuriarum nulli viro bono competere ſtatendum erit: ſunt illa monita ad patientiam, deteſtantia odium, non verò damnantia legitimam (qualem retorſionem non eſſe nondum eſt demonſtratum) famæ contra injurias defenſionem. Quod etiam ipſe agnoſcere videtur Dn. Rennemannus, dum *theſ. 27. P. 3.* dicit: *diffiteri nec poſſum nec volo fuiſſe quandam olim, & ab omnibus retro ſeculis, in hoc usque tempus uſu receptam verborum retaliationem: quâ quis quod in ſe falſiùs, acerbiùs, immodeſtiùs, addo etiam injurioſiùs dictum erat, in auctorem ſuum retorſit: quæ etiam non caret multis, non tantùm è vulgi opinione petitis ſive dictis ſive factis: ſed magnorum etiam virorum exemplis:* dicta hujusmodi & exempla adducit in *exegeſ.* quæ, ſi priora illa, quæ in *theſ. 29. & ſeqq. P. 2.* afferuntur, ſimpliciter accipiantur, his planè ſunt contraria. Et ſanè non vult hoc modeſtia, ut ob injurias planè non commoveamur, ſed ut legitimum modum ſervemus, vid. Ariſtot. *4. Eth. 11. & theſ. noſtram 1.3.4.* In *th. 28. d. part. 2.* allegat ſententias, quibus probare nititur *retortione nihil aliud profici, quàm quod injuriæ ab exordio leviores & quæ facili negotio potuiſſent componi, fiant aſperrimæ & ſæpiùs nunquam reconciliandæ.* Verùm hoc tum fit, & illæ ſententiæ de eo loquuntur, ſi maledicendi & rixandi animo alter alterum convitiis proſcindat: quod non fit in retorſione legitimo modo uſur-

uſurpatâ: ſin verò homines expeditiſſimo hoc remedio abutantur, ex ejus abuſu uſum non damnare ſed uſum ab abuſu ſeparare convenit: *Quid enim eſt in uſu hominũ bono ac licito, unde non poſſit etiam pernicies irrogari?* ut loquitur Auguſtin. *in c. 8. in fin. q. 5. 23.* Add. *N. L. 95.* Sequitur in *th. 35.* tertium fundamentum: *Si quod reperitur in Juriſprudentiâ præceptum à ſalute populi exorbitans: id ex bene conſtitutâ civitate propulſandum.* Cui *theſ. 36.* hanc ſuperſtruit ratiocinationem: *Quodcunque præceptum in Juris civilis diſciplina repertum præbet anſam corrumpendis civium moribus, & litium, injuriarum, rixarum, contumeliarum & convitiorum contentionibus & turbis exaſperandis inſervit: id ex Jurisprudentiæ ſcholis & curiis relegandum. Sed hanc anſam præbet retortio.* E. Reſp. ad Majorem, eam limitando, quodcunque *per ſe* præbet anſam &c: nam etiam res optima malo alicui anſam præbere poteſt, ut teſtatur *cit. c. 8. q. 5. 23.* Atque ita nego Minorem: ſed videamus ejus probationem, quam affert *th. 38.* ubi provocat (1.) ad *teſtimonia autorum th. 28. à ſe citata*, ad quæ jam reſpondimus: & quod hîc adducit *Nov. Leon. 83.* in quâ Leo legem in ſe bonam, quâ prohibentur uſuræ, abrogat, *propterea, quod humana natura ad illius ſublimitatem non perveniat:* id magis noſtram firmare ſententiam cuivis ex jam ſuperiùs dictis apparet: neque ex *l. 38. §. 5. de pœn. l. 47. de judic.* id, quod intendit, nim: *quamvis aliquid de ſe non malum, ſi tamen ſit res ſit mali exempli, ferre non debere:* deduci poteſt: cum textus *d. l. 38.* loquatur de re in ſe malâ; *d. l. 47.* de re valdè ſu-

ſpectâ

ſpectâ; & quicquid ſit, certum eſt, illam, quam ſtruit inde regulam, non ita ſimpliciter poſſe accipi: nam, ut dictum, etiam optima res poteſt eſſe mali exempli, *d. Nov. Leon. 83. & d. can. 8.* (2.) *Ad quotidianam experientiam, quod retorſiones ſæpe eruperint in bella, cædes, verbera, rixas, duella: &, cum calumniatores, ſint homines improbi, qui bonos viros conviciis proſcindunt: ſi jam bonus vir vel leniter retorqueat, calumniatorum illorum nemo non acriter & calumnioſè ſit reſponſurus &c:* quod etiam *exemplo, appendicis loco d. comm. adjecto,* confirmat. Verûm hæc omnia veniunt ex jure retorſionis per accidens; nonnunquam etiam ipſi retorquentes modum legitimum non obſervant: ſic quoque plurimi legitimum defenſionis vitæ modum excedunt, atque ita injuſta cædes prætextu neceſſariæ defenſionis committitur: inde tamen ipſum neceſſariæ defenſionis jus relegandum non eſt. (3.) *Ad ipſorum retorſionis magiſtrorum confeſſines:* adducens *lit. c.* (1.) Harprecht. *ad d. §. hæc actio, 12. n. 102.* ſed cujus propoſitionem conditionalem ipſe accipit pro ſimplici, ut cuivis inſpicienti patebit. (2.) Obrechtum *tr. de nec. defenſ. c. 2. n. ult.* qui abuſum hujus remedii ibi improbat. Alii ſi aliter loquantur, illorum magiſtrorum dictis non ſubſcribo. Nec verò tantus hujus remedii abuſus eſt, ut regerit ibidem Dn. Rennem. ut de uſu nunquam conſtet: ſiquidem id optimè adhiberi poreſt. Ultimum argumentum *theſ. 39.* propoſitum eſt: *Quod Juriſprudentiæ Romanæ (à Juſtiniano promulgatæ & à ſucceſſoribus in imperio Germanico per Imperii Receſsûs & Conſtitutiones adauctæ,) eſt non modò inviſum & incognitum: ſed etiam per vim rationis*

*nis legum ſaltim implicitè prohibitum, id ex præceptorum illius ſyſtemate excludendum. At retortionis dogma tale eſt.* E. Reſp. (1.) in majore eſt inſufficiens enumeratio, eſt enim addendum: *nec etiam moribus eſt receptum:* ſic etiam actio ad palinodiam illis, quæ enumerat, juribus non eſt introducta, ſed moribus recepta: & deinde quid juris ſit, ſi in ejusmodi causâ appelletur, ſcriptâ lege deciſum in **Cammergerichtsordn.** *P. 2. t. 28. §.* **und ſonderlich ſetzen.** Rectiſſimè nimirum Matthias Stephani: *Leges,* ait, *Juſtiniani, quatenus à moribus noſtris non ſunt approbatæ, non magis nobis jus facere potuerunt, aut nos obligare, quàm Leonis Philoſophi, aliorumque Græcorum Imperatorum Novellæ, quæ receptæ non ſunt. Unde nemo non intelligit, nos altero oculo in jus ſcriptum Juſtiniani, altero autem in mores ſeculi intentos eſſe oportere, & præſertim quid de unoquoque juris articulo in Cam. Imperiali tanquam ſupremo in Rom. Imperio judicio obſervetur. comm. in Nov. proœm. n. 5.* Add. Coler. *ded. tr. de proc. exſec.* (2.) Quod dicit in minore: *hoc jus per vim rationis legum implicitè prohibitum:* hoc ipſi probandum fuiſſet, nec ſufficit dicere: *fidem illi tamdiu habendam, donec afferantur expreſſa jura vel leges retorſionem inculcantes.* Rationes quas conjungit *theſ. 41.* omnes ſuperiùs ſunt refutatæ: Supereſt igitur, ut contra ejus *theſ. 42.* concludatur: Retorſionis doctrina nec divino nec naturali jure adverſa, nec reip. per ſe pernicioſa, moribus propter expeditiſſimum vindicandi modum introducta, exterminanda non eſt. Illud adhuc addam ipſum Dn. Rennemannum *part. 3. theſ.* 27.
*29.* concedere *aliquam tectam & argutam retortionem con-*

*vicii in adverſarium pro honoris & juris ſui tutelâ.* Diſcrepantiam autem ejusmodi retorſionis à vulgò receptâ retorſione, quæ in ſequentibus à nobis exponetur, apparere dicit *theſ. 31.* inde: (1.) *quod illa convicium intortum præſupponat ejusmodi quod plerumque verum; hæc vero ſemper falſum.* Verùm ſi conceſſa eſt retorſio contra convicium, quod verè de aliquo dicitur, quidnî erit licita contra crimen falsò alicui objectum. (2.) *Quod illa requirat retortum ſemper verum.* At verò hoc etiam fit in hâc retorſione, de quâ nos agimus, cum retorquens dicere vel ſcribere ſoleat, convicìantem mentiri: qui autem injuſtè conviciis nos proſcindit, ille veri mendacii arguitur. (3.) *Et id ipſum duntaxat quod erat intortum.* Sed hoc ipſum etiam Dd. in hâc retorſione requirunt, vid. *h. cap. aph. 10.* (4.) *Quod illa ſine injurioſis, excepto intorto convicio, verbis proferatur: hoc vero ſcateat verbis ad contumeliam & ignominiam ſtudioſè corrogatis & ſelectis.* Verùm nos negamus legitimam retorſionem ſcatere iſtiusmodi verbis, ut exponetur in *d. aphor. 10.* & ſimiliter de eâ dicimus, quod proferatur ſine injurioſis, excepto intorto convicio, verbis. (5.) *Quod illa proferatur animo ab affectibus tranquillo ſæpe cum vultu renidente: hæc vero affectuum turbis exacerbato.* Sed negamus hoc itidem de legitimâ noſtrâ retorſione; ac licèt quis ad iram conviciis commoveatur: in retorquendo tamen ſi modus non excedatur, certè apparet frenum iræ injectum eſſe: & nullam video rationem, cum illa arguta retorſio fieri poſſit ſedato animo; quidnî & hæc eodem modo peragi queat. (6.) *Quod illæ judiciariæ vindictæ viam retorquenti non præcludat; hæc omnibus juris modis ad vindictam comparatis*

*con-*

*eundem penitus exermem faciat.* Verum enimverò, ſi illà argutâ retorſione honor eſt defenſus, quem in finem iſtam fieri ipſe ſæpius allegatus Dn. Rennemannus dicit *theſ. 29.* non opus erit pòſt judiciariâ defenſione: quam ob cauſam etiam poſt retorſionem eam factam, quæ à nobis defenditur, judicem adire non convenit: quamvis ſint, qui contrarium ſtatuant: (vid. *aph. 12. exeg. n. 2.*) à quib. allata jam diſcrepantia planè non admitteretur. Ex hâc collatioue ejus retorſionis, quam admittit Dn. Rennemannus, cum eà, quam nos defendimus, perſpicuè apparere arbitror, ipſum Dn. Rennemannum admittendo *argutam*, quam vocat, & *latentem retorſionem*, tacitè, licèt invitum, probare etiam retorſionem, quam nos nunc exponemus.

## APHOR. VI.

Requiruntur ad retorſionem legitimè peragendam eadem, quæ ſupra ad defenſionem vitæ & rerum requiri notavimus, nimirum Primò: Præcedens injuſta offenſio, quæ hic eſt, injuria verbis illata.

Requiruntur ad retorſionem. I. Injuria verbis illata.

*SUMMARIA.*

1. *Injuria conſiſtit in animo injuriandi.*
2. *Hinc nullà opus retorſione contra furioſos, impuberes, ſummè ebrios.*
3. *Etiam contra verum crimen objectum aliquando locus eſt retorſioni.*
4. *Contra injurias quoque ſcriptas, & famoſum libellum retorqueri poteſt.*

1. Erneſt. Cothmann. *vol.2. reſp.59. n.124. & ſeqq.* Eſſentiale autem injuriæ requiſitum eſt conviciandi animus, qui ex ipſo dicto injurioſo in doli capacibus præſumitur. Vid. Dn. Carpzov. *prax. crim. part. 2. q. 97. n. 2. &*
2. *ſeqq.* Cum igitur propter defectum voluntatis lædendi agere dolo dici nequeant furioſi *l. 3. §. 1. de injur.* infantes & infantiæ proximi. *§. 9. de inut. ſtipul. d. l. 3. §. 1.* ſummè ebrii *l. 11. §. 2. de pœn. c. à crapulâ. 14. de vit. & hon. cler.* hinc illi licèt convicium dicant, injuriam tamen non committunt *d. l. 3. §. 1.* Weſenb. *parat. t. de injur. n. 4.* ad-
3. eoque nullâ contra tales opus eſt retorſione. Unde poteſt etiam decidi quæſtio: an, ſi alicui verum crimen objiciatur, is injuriâ dici affectus, atque ita retorſione uti poſſit? Diſtingvendum enim eſt, an animo propoſitoque contumeliæ inferendæ quid objiciatur, an verò absque iſtiusmodi propoſito vindicandæ reip. aut juris ſui conſervandi gratiâ crimen alterius detegatur. Priori caſu committitur injuria, licèt utile fortè ſit reip., crimen illud ad notitiam pervenire: prava namque intentio revelantis rem efficit iniquam, *l. 5. C. de injur.* add. *art. 110. P. H. O. in fin.* Colligi verò poteſt conviciandi animus, ſi irâ commotus crimen protulerit *d. l. 5.* Poſteriori caſu non eſt injuria, *d. l. 5.* adeoque nec locus eſt retorſioni: conſtare autem poteſt injuriæ inferendæ animum abeſſe, ſi ad alterius correctionem, aut primariò intendens utilitatem publicam crimen quis proferat, aut apud judicem nocentem infamet, ut intelligenda *l. 18. pr. de injur.* Vide pluribus hæc exponentem Covarruv. *tom. 2. var. reſol. l. 1. c. 2. n. 6. & ſeqq.* Add. Gailius *l. 2. obſ. 99.* Mynſing. *4. obſ. 4.* Cothmann. *d. reſp. 59. n. 310.* Modeſt. Piſtor. *v. 2. conſ. 3. n. 24.*

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id476744083/121 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*n. 24. & ſeqq.* Perez. *in l. un. C. de famoſ. libell.* Dn. Rennemann. *d. comm. P. 3. th. 25. lit. a. b.* Marta *Dig. noviſſ. tom. 2. t. injuria. c. 2. qui tradit, injuriam eſſe appellare conviciandi animo ſpurium eum, qui talis eſt.* Dn. Carpzov. *reſp. 61. L. 2.* Exerc. noſtr. *ad Pand. XLIIX. th. 54.* Non eſſe locum retorſioni, quando verum crimen, licèt conviciandi animo, objectum, ſtatuit Harprecht. *add. §. hæc actio. 12. n. 154.* Sed cum probatum ſit, tunc inferri injuriam, dicendum omnino videtur, dari quoque eo caſu aliquam illatæ injuriæ retorſionem. Quamvis enim huic retorſioni non poſſim inſerere alterum mentiri; tamen alio modo, reſpondenti iſti injuriæ, retorquere licet. e. g. ita tu hæc mihi objicis ut ſceleſtus calumniator. Add. Rennem. *P. 3. th. 29.* Cæterum infertur injuria verbis vel ore prolatis vel ſcriptis *l. 1. §. 1. junct. l. 5. §. 9. de injur.* & contra utramque remedium hoc adhiberi poteſt; etiam contra famoſum libellum, modò iſti nomen diffamantis ſit ſubſcriptum, ut in eum retorſio dirigi queat. Vid. Cothmann. *d. v. 2. reſp. 59.* Diſſ. Dn. Carpzov. *I. R. S. P. 4. conſt. 44. def. 7.* quod famoſus libellus occultato nomine non compoſitus propriè talis non ſit: nomine autem occultato contra neminem injuriæ retorqueri poſſint. Verùm appoſitio vel omiſſio nominis ad eſſentiam famoſi libelli non videtur pertinere, *arg. l. 5. §. 9. & per text.* Policey-Ordn. *A. 1577. tit. 35. §.* und ſetzen. Matth. Steph. *ad art. 110. P. H. O. n. 2.* & eleganter Autor der *Acten* gemäſſe relation der verordneten Gerichte zum Peinlichen Sachen zu Braunſchweig/wider D. Oldekops famos-Schrifft. *Anno 1664. circ. fin.* d. Exerc. noſtr. *ad Pand. XLIIX. th. 66.* Exiſtimarem quoque licèt omiſſum eſſet nomen, ſi tamen

4.

illi, cui injuria facta, certò conſtaret de autore illius libelli, rectè eum retorquere.

## Aphor. VII.

Hinc conſtat retorſionem fieri ab injuriâ affecto.

Hinc conſtat (1.) cui competat hoc remedium, videlicet omni, qui injuriâ verbis eſt affectus.

*Summaria.*

*1. Etiam pupillo aut minori.*
*2. Filiofamiliàs.*
*3. Deportato.*
*4. Patri nomine filii.*
*5. Marito nomine uxoris.*
*6. Sponſo nomine ſponſæ.*
*7. Imò & cognato nomine cognati.*
*8. Non datur retorſio ſervo.*
*9. Non bannito.*
*10. Non cui verum crimen abſque animo injuriandi objectum.*
*11. Non datur contra retortum crimen.*
*12. Notarius in eodem retorſionis negotio non debet operam viciſſim præſtare.*
*13. Ratione exceſſus in retorſione datur retorſio.*

1. Etiam (1.) *pupillo aut minori*, ſine tutoris aut curatoris conſenſu, modò quid injuria & quid retorſio ſit intelligat: *arg. l. ult. C. qui legit. perſ. ſtandi in judic.* Licèt enim & non intelligens injuriam patiatur *l. 3. §. 2. de injur.* ad animum tamen eam revocare & retorquere is nequit. Conf. Harprecht. *d. l. n. 119. & ſeqq.* Berlich. *part. 5. concl. 64. n. 10.*
2. (2.) *filiofam.* ſi pater abſit, (aut abſentis loco habeatur *l. 17. §. 11. de injur.*) quia veriſimile eſt patrem ſi præ-

præſens fuiſſet permiſſurum, ut retorqueret, *arg. l. 17. §. 12. de injur.* ſin verò adſit pater & nolit, ut filius retorqueat, vel quia differt vindictam, vel quia remittit injuriam, filiusfam. non rectè retorquet, *arg. d. l. 17. §. 12.* niſi patris perſona ſit vilis & abjecta, filii honeſta *d. l. 17. §. 13.* Rationem hanc eſſe exiſtimo, quod meritò filius obœdiat parenti injuriam remittere volenti, præſertim cum eadem ipſam quoque parentem ſpectet. Diſſ. Harprecht. *d. l. n. 122. & ſeqq.* (quem ſequitur Berlichius *d. l. n. 11.*) cujus rationi facilè reſponderi poteſt: neque alicujus momenti ſunt, quæ noſtro argumento, ex *d. l. 17. §. 12.* ducto, opponit. (3.) *Deportato,* utpote cui defenſio hæc per de- 3.
portationem non videtur ademta *arg. l. 17. in fin. de pœn.* Harprecht. *d. l. n. 145.* Quæritur autem hîc an patri li- 4.
ceat injuriam verbis filiof. illatam retorquere? Diſtinguunt Halbritt. *de injur. c. 6.* Harprecht. *d. l. n. 127.* Berlich. *d. l. n. 12.* aut pater ad vindicandam injuriam, ſibi quoque per filii injuriam illatam §. *2. de injur. l. 1. §. 3. l. 18. §. ult. D. d. t. l. 2. C. eod.* aut ad defenſionem non ſui ſed filii honoris retorſione vult uti: priori caſu concedunt patri retorſionem, poſteriori denegant. Verùm nos utroque caſu retorſionem rectè à patre vi patriæ poteſtatis, & quod ejus ſit tueri filium *l. 17. §. 18. de injur.* fieri affirmandum putamus, quia ad utrumque illum effectum ipſi competit actio injuriarum *l. 41. de injur.* Nec obſtat quod dicit Harprecht. *d. l. n. 130.* ideò actionem injuriarum dari patri nomine filii, quod tendat ad commodum pecuniarium, ſecus eſſe in retorſione. Actio enim injuriarum & ipſa tendit ad vindicandam & avertendam injuriam, licèt id alio modo fiat, & propterea patri nomine filii datur, quod is

vi

vi patriæ poteſtatis legitimus honori filii ſit defen-
5. ſor; quæ ratio etiam in retorſione obtinet. Similiter re-
ctè maritum nomine uxoris retorquere nullus dubito, propter maritalem poteſtatem, ob quam *defendi uxores à viris non autem viros ab uxoribus æquum eſt*, ut dicitur *in §. 2. de injur.* quæ verba tantùm de defenſione contra injuriam realem, (ut ad ea reſpondet Harprecht *d. l. n. 134.*) explicare ipſe textus, de injuriâ verbali agens, non admit-
6. tit. Sponſum etiam nomine ſponſæ retorquere poſſe,
7. argumento eſt *l. 15. §. 24. de injur.* Ulterius Erneſt. Cothman. *v. 2. reſp. 59. n. 45. 97. 146. & ſeqq.* vult atrocem injuriam uni cognatorum illatam, quæ maculam toti familiæ inureret, ab altero cognatorum retorqueri poſſe, licèt forſitan experiendi jus eo nomine non habeat: unde *ibid.* retorſionem generi ob factam ſocero injuriam defendit Add. Ann. Robert. *rer. judic. l. 4. c. 12.* Perez *C. de*
8. *injur. n. 12.* Diximus dari hoc remedium illi, qui injuria eſt affectus: hinc ſequitur, quod non competat ei, cui nulla facta injuria, ut: (1.) ſervo *per §. 3. de injur.* in quem tamen ſi quid atrocius commiſſum ſit, apertè ad contumeliam domini reſpiciens, domino datur retorſio, *arg. d.*
9. *§. 3.* (2.) Bannito: quem enim occidere licet, eum multò magis contumeliâ afficere poſſumus *text. l. 22. §. 3. de adulter. junct. ord. cam. p. 2. t. 9. §.* So jemand Harprecht. *d. l. n. 150.* Berlich. *d. l. n. 14.* Diſſ. Dn. Rennemann. *Part.*
10. *2. th. 23. lit. d.* (3.) Infamato vero crimine absque injuri-
11. andi animo, add. *aph. præced. n. 3.* (4). Ei, in quem convitium legitimè eſt retortum, *arg. l. fin. quod quisq. jur. in al.* Marta *Dig. nov. tom. 2. tit. injuria. c. 38.* Cothmann. *v. 2. reſp. 59.*
11. *n. 121.* Conf. Harprecht. *d. l. n. 211. & ſeqq.* ubi etiam notat, etſi

etſi notarius officium ſuum cuilibet petenti impertiri tenetur, ei tamen, cui retorſionem alterius nomine ritè inſinuavit, operam ſuam in eodem retorſionis negotio præſtare non poſſe. *n. 216.* Si verò retorquens modum exceſ- 13.
ſerit, ratione hujus exceſsûs injuriâ alter eſt affectus, quam rectè retorquere poteſt.

## APHOR. IIX.

(2.) Contra quem detur, nimirum eum, qui injuriâ verbis effecit.

Contra efficientem injuriâ.

*SUMMARIA.*

1. *Etiam competit contra egregias perſonas.*
2. *Contra magiſtratum.*
3. *Contra præceptorem.*
4. *Contra mandantem & mandatum ſuſpicientem.*
5. *Contra clientem cujus advocatus convitium dixit.*
6. *Non datur contra parentes.*
7. *Non contra Patronum.*
8. *Non contra Dominum feudi.*

Atque in hoc retorſionem cum actione injuriarum, propter injurias verbales competente, convenire exiſtimo, ita ut, contra quemcunque datur actio illa injuriarum, contra eum quoque detur retorſio. Hinc (1.) lo- 1.
cum hæc habebit etiam adverſus egregias & in dignitate conſtitutas perſonas *arg. l. f. C. de injur.* (2.) Contra ma- 2.
giſtratum privato quodam odio conviciis ſubditum proſcindentem, *arg. l. 5. C. jur. fiſc. l. 32. de injur. l. 29. §. 7. ad L. Aquil.* Conf. Harprecht. *ad d. §. hæc actio. 12. n. 165. & ſeqq.*
(3.) Contra præceptorem caſtigationis modum tranſgre- 3.

 dientem

dientem, & diſcipulum ipſius informationi concreditum injuriandi affectu objurgantem *arg. l. 5. §. 3. ad L. Aquil.*
4. Berlich. *d. concl. 64. n. 20.* (4.) In eum, cujus mandatu facta injuria, & eum, qui mandatum ſuſcepit, *arg. §. 11. I.*
5. *de injur. l. 11. §. 3. D. eod.* Harprecht. *d. l. n. 174.* (5.) Contra clientem, cujus advocatus, ipſo cliente præſente, nec contradicente, convicium dixit parti adverſæ, *arg. l. 1. C. de err. advocat.* add. Maſcard. *de probat. vol. 1. concl. 381.* Cum verò ob ſingularem reverentiam quibusdam perſonis debitam, contra eas non liceat agere injuriarum, ita nec contra easdem locum eſſe retorſioni arbitror. Cujus-
6. modi ſunt (1.) Parentes *l. 7. §. 3. de injur.* in quâ tamen diſtinguitur inter liberos, qui ſunt in poteſtate, & eos, qui non ſunt in poteſtate, & dicitur illis prorſus non competere actio injuriarum, etiamſi atrox fuerit: his verò eam non temerè dandam, niſi atrocitas ſuaſerit: unde hoc caſu etiam retorſio concedi poſſe videtur: pietati tamen fortè magis convenit hanc privatam vindictam contra pa-
7. trem non exercere, ſed judicio experiri. (2.) Patronus *d. l. 7. §. 2.* interdum tamen & contra hunc ſi atrox ſc. ſit injuria redditur injuriarum judicium, ut dicitur *in d. §. 2. add. l. 10. §. 12. de in jus voc.* & per conſequens tùm etiam
8. retorſio licita. (3.) Dominus feudi, *arg. 2. f. 23. ibi: vaſallus quàm humiliter, quàm devotè, quàm benignè, quàm fideliter erga dominum ſuum debeat habere.*

## APHOR. IX.

II. Requiritur legitimus modus, nimir: ut in continenti fiat.

Deinde requiritur legitimus retorquendi modus: qui in duobus conſiſtit: I. ut retorſio fiat in continenti.

SUMMARIA.

*1. Ipſe audiens injuriam ſtatim retorquere debet.*
*2. Abſens quàm primum reſciverit.*
*3. Hoc etiam obtinet, ſi inſtrumento fiat retorſio.*
*4. Abſurdè qr: an poſt annum retorſio fieri poſſit.*

Gail. *L. 2. obſ. 101. n. 3.* Obrecht. *tract. de nec. def. c. 2. n. 16.* Jac. Schultes *ad M. Piſtor. part. 3. q. 127. n. 37.* Carpz. *prax. crim. part. 2. q. 97. n. 25.* Si igitur quis ipſe audiat injuriam, ſtatim retorquere debet. Sin verò cui abſenti injuria verbis inferatur, quàm primum id certò reſciverit, vel ore vel ſcripto in calumniatorem iſtum ea eſt retorquenda. Bocerus *claſſ. 4. diſp. 4. theſ. 46. & claſſ. 6. diſput. 1. theſ. 55.* Dn. Carpzovius *J. R. S. P. 4. conſt. 47. def. 11. n. 4.* Dn. Godofr. Fibigius *vindic. Frantzk. diſſ. 12. n. 7. in fin.* Ubi hic rectè monet, etiam retorſionem, quæ ſcriptis per inſtrumentum aliquod, de eâ confectum, peragitur, incontinenti fieri debere. Abſurda igitur eſt quæſtio, quàm proponit Harprecht (quem tamen ſequi videtur Dn. Carpzov. *P. 4. c. 46. def. 1. n. 6.*) *an contra verbalem injuriam poſt annum à tempore injuriæ illatæ effluxum interponi poſſit retorſio?* Quam eâdem abſurditate, quâ proponit, negat. Nam aut ante lapſum anni reſcivit quis ſibi factam injuriam, & ſtatim retorquere debebat; aut poſt annum reſcivit, & rectè tunc ſtatim fit retorſio: nec enim injuriæ præſcribitur anno, ignorante eo, cui facta injuria, uti ipſe tradit *ad eund. 9. n. 30.*

(Margin: 1. 2. 3. 4.)

## APHOR. X.

(II.) Ut retorſio reſpondeat injuriæ illatæ, nec eam excedat. Et ſine exceſſu.

SUMMARIA.

*1. Retorſio vel fit mendacium objiciendo & quidem vel (ſimpliciter.*
*2. Vel cum additamento.*
*3. Additamento hoc non impingendum eſt alteri ſpeciale delictum.*
*4. Sed generali imputatione uti licet.*
*5. Vel retorſio fit injuriam, quam quis protulit, ei regerendo.*
*6. Non opus eſt ut retorquens proteſtetur.*
*7. Exceſſus eſt in retorſione, ſi convicianti aliud objiciatur crimen.*
*8. Aliquando injuriæ mutuæ compenſantur.*
*9. Injuria verbis illata, nō eſt verberibus vindicanda.*
*10. Niſi perſona vilis injuriam inferat.*
*11. Interficere verò ob injuriam non licet.*
*12. Mitius punitur injuriam verberibus aut cæde vindicans.*

Mynſing. *cent. 5. obſ. 17. n. 3.* Cothmann. *d. v. 2. reſp. 59. n. 154. & ſeqq.* Berlich. *d. concl. 64. n. 23.* Dn. Carpzovi-
1. us *J. R. S. d. def. 11. n. 8.* Duplici autem ferè modo convenienter injuria retorqueri poteſt. Primus eſt, quando mendacii conviciator arguitur per verba: *Tu mentiris:* Jacob. Scultes *addit. ad Modeſt. Piſtorem. part. 3. q. 127. n. 26. (ubi plures allegat.)* Dn. Carpzov. *reſp. Elect. l. 2. t. 5.*
2. *reſp. 68. n. 6.* Quibus verbis an addi poſſit, *tu mentiris ut fur, ut latro,* Du leugſt wie ein Schelm/ diſquiritur? Doctores ejusmodi additionem admittunt, ut videre eſt apud Schraderum *de feud. p. 9. c. 4. n. 115.* Obrecht. *tract. de nec. def. c. 2. n. 26.* Bocer *cl. 4. diſp. 3. th. 30.* Dn. Carpzov. *I. R. S.*
3. *P. 4. conſt. 46. def. 11. n. 11.* Berlich. *d. concl. 64. n. 5. 6.* Nos

diſci-

diſcrimen inter illas formulas eſſe dicimus: & quidem illa: *Tu mentiris, ut fur, vel ut latro:* non uti licere exiſtimamus. Cum enim eo, quod mentiatur alter, nullum committat furtum aut latrocinium, non rectè mendacii qualitas per illa delicta diverſiſſima deſcribitur, ſed videtur potiùs retorquens & mendacii alterum arguere, & furtum aut latrocinium objicere, quo ſanè exceditur legitimus retorquendi modus. Jung. Dn. Rennemann. *P.3. th.42.* Hâc autem formulâ: Du leugſt wie ein Schelm 4.
rectè utimur: vocabulum enim Schelm cum ſit generale Vid. Beſold. *th.pract. voc.* Bidermann. rectè etiam de conviciatore dicitur, & mendacii, præſertim ſi atrox ſit injuria, exaggerandi causâ adjicitur: atq; ita hæc defenſio offenſioni optimè reſpondet; cum hoc velit dicere retorquens, ejusmodi mendacium in alterius injuriam proferre non convenire viro bono, ſed homini nequam. Sic etiam legitima retorſionis formula eſt, ſi conviciatorem nominemus einen Ehrendieb/Ehrenſchänder. Alter re- 5.
torquendi modus eſt, ſi idem convicium in conviciatorem regeratur, quod hâc formâ in ſcriptis fieri ſolet: Ich wil hiemit angezeigte injurien in injurianten zu Rettung meiner Unſchuld retorquiret haben / der geſtalt und alſo / daß ich ihn ſo lang davor halte / biß er auff mich wie Recht dergleichen erwieſen habe. Congruo retorſionis modo 6.
obſervato proteſtari non eſt neceſſe, ſe non animo injuriandi, ſed defendendi injuriam referre. Vid. Jacob. Scultes *addit. ad Mod. Piſtor. p.3. quæſt. 127. n.29. & ſeqq.* Ex- 7.
cedit autem illatam injuriam retorſio: (1.) ſi convicium dicenti, aliud objiciatur crimen, quod ad objectum refellendum & innocentiam demonſtrandam non ſpectet:

ut, ſi quis appellantem ſe furem, nominet adulterum, vel etiam illi ſimpliciter reſpondeat: tu fur. Tunc enim utrinque eſt formaliter injuria, & utrique actio injuriarum competit, mitiùs tamen provocatus puniri debet. Gail *d. 2. obſ. 100. n. 6.* Scultes *ad d. quæſt. 127. n. 46. & ſeqq.* Hartm. Piſtor. *obſ. 181.* Bernh. Wurmſer *L. 1. tit. 47. obſ. 15.* Harprecht. *ad* §. *1. de injur. n. 87. & ſeqq.* Berlich. *d. concl. 64. n. 25.* Dn. Carpzov. *prax. crim. d. part. 2. q. 97. n. 26. & ſeqq. n. 42. & ſeqq.* Add. Eundem *def. for. d. p. 4. conſt. 46. def. ult.* ubi tradit eum, qui modum in retorquendo exceſſit. non facilè condemnandum ad palinodiam, ſed de-
8. precationem. Cæterum ſi duo mutuis ſe convitiis proſciderunt, nec apparet, quis convitiandi initium fecerit, fit injuriarum compenſatio. *arg. l. 45.* §. *3. ad L. Aquil.* Scultes *d. l. n. 52. & ſeqq.* Dn. Carpzov. *d. quæſt. n. 47. ubi eti-*
9. *am præjudicium ſubjungit.* (2.) Maximè excedit legitimum defenſionis modum, qui injuriam illatam verbis verberibus vindicat. Harprecht. *ad d.* §. *hæc actio. 12. n. 176.* Add. Fernandus Vaſquius *L. 1. contr. illuſtr. c. 12.* Nec enim probandum illud vulgatum: **auff eine Lüge gehöret eine Maul-**
10. **ſchell.** Conf. Beſold. *theſ. pract. verb.* **Maultaſch.** Excipiunt quidam, quod ſi infamis vel vilis homo alicui nobili vel egregiæ perſonæ convicium dixerit, ejusmodi perſonam non ſolum retorſione, ſed etiam colaphum impingendo injuriam verbis illatam ulciſcendo propulſare poſ-
11. ſe. Berlich. *d. concl. 64. n. 30.* Quod admitti poteſt *arg.* §. *7. de injur*, ſed rejicienda Laymanni *l. 3. tr. 3. part. 3. ſect. 3. n. 4.* & aliorum ſententia, qui pro defenſione honoris interficere alium licere ſtatuunt. Add. Obrecht. *d. tr. c. 9.*
12. *n. 4.* Mitiùs autem puniendus qui injuriam verbis illatam

verbe-

verberibus vel etiam cæde, ſi atrox ſit, vindicavit. Tiraq. *de pœn. temp. cauſ. 1. n. 12.* Berlich. *d. concl. 64. n. 31.* Obrecht. *d. l. n. 21. & ſeqq.*

## APH. XI.

His obſervatis rectè fit retorſio vel verbis vel ſcriprurâ: illud fit, ſi oretenus convicium retorquetur; hoc cum teſtatò libellus retorſionis (Retorſionſchrifft) conviciatori mittitur. Forma retorſionis.

*SUMMARIA.*

1. *Libelli retorſionis requiſita.*
2. *Hic teſtatò mittitur.*
3. *Adhiberi ſolet notarius, ut inſtrumentum ſuper hoc actu conficiat.*
4. *Etiam is, cui præſenti injuria illata, ſcriptis retorquere poteſt.*
5. *Injuria quoque abſenti facta verbis retorqueri poteſt.*
6. *Retorſio etiam conditionaliter rectè concipitur.*

Ponitur in iſtiusmodi libello (1.) nomen convicia- 1.
toris. (2.) Convicium cum circumſtantiis loci & temporis (3.) retorſio convicii, & (4.) ſubſcribit ſe is, cui factum convicium. Conf. Harprecht. *ad d. §. 12. n. 186. & ſeqq.* Ita conſcriptus libellus teſtatò mittitur convitia- 2.
tori: ſi enim non mittatur, licèt ipſe aliunde ſciat, retorſionem eſſe factam, ea nullius eſt valoris. Harprecht. *d. l. n. 204.* Berlich. *d. concl. n. 36.* Adhiberi plerumque ſolet 3.
notarius, ita ut contumeliâ affectus libellum notario & teſtibus ad hoc ſpecialiter convocatis legendum exhibeat; quo lecto notarium requirat, ut teſtibus adhibitis

cum

eum conviciatori legitimè tradat; hujus reſponſum di-
ligenter notet, & publicum inſtrumentum ſuper his o-
mnibus conficiat, atque injuriâ affecto aſſervandum tra-
dat. Bocerus *cl. 4. diſp. 4. th. 40.* Formulas ejusmodi re-
torſionis & inſtrumenti vide apud Harprecht. *in d. §. n.*
*195. & ſeqq.* Adamum Volkmannum *Inform. not. P. 2. c. 83.*
in quibus tamen rectè quædam carpit Dn. Rennemannus
4. *part. 3. th. 49. d. comm.* Atque hic per ſcripturam retor-
quendi modus ab eo adhiberi ſolet, cui abſenti injuria
verbis facta: exiſtimo verò poſſe etiam aliquando injuri-
am præſenti factam ſcripturâ retorqueri, ſi nimirum o-
miſſâ retorſione per verba ſtatim retorſio ſcriptis conci-
5. piatur, & convitiatori offerri curetur. Sicut & injuria
abſenti facta verbis retorqueri poteſt, ſi videlicet, ſimul
ac id reſciveris, conviciatorem adeas, & in eum oretenus
convitium, in te prolatum, regeras: vel etiam mittas duas
6. (melioris teſtificationis gratiâ) perſonas, quæ convicium
prolatum tuis verbis retorqueant. Illud quoque hîc no-
tabis, quod liceat retorſionem conditione adjectâ forma-
re hoc modo: Wofern du mich ſolches bezüchtiget/haſtu es
erdichtet/als ein verlogner Mañ/dafür ich dich halte/biß du
ſolches beweiſeſt: Haſtu es aber nicht geredet/ſo ſol auch die-
ſe retorſio dir nicht gelten. Neque tum, quando is, in quem
retorſio fit, non protulit iſtam injuriam, cenſetur ei illata
injuria. Cum enim retorſioni certi ſtatuti limites & ap-
poſita conditio; hâc non exiſtente in illâ perſonâ, nec di-
recta contra eam eſt retorſio. Vid. Dn. Carpzov. *L. 2. tit. 5.*
*reſp. 68. n. 8. & ſeqq.*

## APH. XII.

Effectus. Factâ legitimo modo retorſione, injuria,

quæ

quæ verbis illata erat, à nobis averſa, exiſtimatio noſtra defenſa & petulantia conviciatoris coërcita eſt: unde conſtat, non competere ei, qui retorſit, actionem injuriarum, nec actionem ad palinodiam.

*Summaria.*

*1. Illi, qui retorſit, non competit actio injuriarum.*
*2. Defenditur argumentum contra diſſentientes.*
*3. Magiſtratui, quoad pœnam, retorſione non præjudicatur.*
*4. Reſpondetur argumentis diſſentientium.*
*5. Actio ad palinodiam competit poſt retorſionem.*
*6. Qr. quid de illo habendum in quem retorſio facta.*

Ita ſtatuunt Berlich. *d. concl. 64. n. 38.* Bocerus *de* 1.
*fam. libell. c. 3. n. 50. & cl. 4. diſp. 4. th. 78.* Dn. Carpzov. *d. quæſt. n. 31. it. d. part. 4. conſt. 46. def. 10.* Dn. Hahn. *not. ad Weſenb. tit. de injur. n. 12. verb. diſſimulatione.* Perez. *in Cod. d. t. de injur. n. 10.* Dn. Mevius *d. comm. in Jus Lubec. L. 4. t. 4. art. 10. n. 7.* ob jam expreſſam in *aphor.* rationem. Actione enim injuriarum intenditur defenſio honoris noſtri & coërcitio conviciantis; quod cum utrumque hâc privatâ vindictâ expeditum ſit, vindictam publicam ſ. pœnam ſibi quis exigere ampliùs nequit. Diſſentiunt Cothm. 2.
*v. 2. reſp. 59. n. 205.* Henricus Nebelkrä *deciſ. 18.* & hunc contra Bocerum & Berlichium defendens Dn. Rennemannus *d. tract. part. 3. theſ. 47.* Atque hic quidem noſtro argumento regerit, quod *actio injuriarum ſit pœnalis, quæ verſetur non circa contumeliam amovendam, quæ dudum facta & perpetrata, & infecta fieri vel removeri nequit; ſed circa pœ-*

*nam pro contumeliâ factâ commiſſam perſequendam in hunc finem, ut contumeliæ maleficium non amoveatur, ſed puniatur & vindicetur, & ne poſteà fiat amplius, coërceatur: cum libellus injuriarum non ita formetur concludendo, ut judex contumeliam actori injectam expellat vel amoveat; ſed ut illam, utpote contra jus patratum, ſeverè puniat.* Ad quod reſpondemus, licèt actio injuriarum ſit pœnalis, tendens ad coërcendam petulantiam conviciatoris, tamen eâ ipſâ coërcitione reſpicitur ad honoris defenſionem. *§. 2. de injur. ibi: defendi. l. 17. §. 18. inff. eod. & P. 4. Conſt. Elect. 42. ibi:* **Durch geordnete Straffe ihren Ehren Ergetzung zu thun/etc.** cum itaque per retorſionem honor jam ſatis ſit defenſus, & aliquo modo etiam coërcita petulantia conviciantis; rectè ſublata dicitur actio injuriarum, quippe quæ competit propter injuriam, injuria autem retor-
3. quendo eſt propulſata. Illud tamen cum Dn. Carpzov. *prax. crim. part. 2. q. 97. n. 41.* Dn. Mevio *d. l. n. 14.* concedere poſſumus, quod magiſtratui inde haudquaquam præjudicetur, quò minus conviciatorem ex officio punire queat. Namque retorſio jus partis tantùm concernit, relictâ interim judici liberâ facultate ipſum delictum pu-
4. niendi. Opponit autem noſtræ ſententiæ **Nebelkrâ** & cum eo faciens Dn. Rennemann. (1.) *nullibi retorſionem eſſe relatam inter modos tollendi actionem injuriarum.* Sed facilis eſt reſponſio: licèt enim in LL. Juſtinianeis hâc de re nihil conſtitutum ſit: eſt tamen hoc retorſionis remedium moribus receptum, quo injuriam verbis illatam verbis vindicando propulſamus; unde neceſſe eſt hoc remedio uſurpato, altero uti nos non poſſe, ut jam explicatum. (2.) Inprimis hoc nervoſum eſſe Nebelcraij argumentum

dicit

dicit Dn. Rennemann: *ſi agentium actus ultra ipſorum intentionem nihil operantur per l. 19. de reb. cred. & ex poſt facto, ſi retorquens actione injuriarum experiri velit, id appareat; quod retorquendo id non egerit: ut actionis, ſibi aliàs competentis, jure caderet: quod etiam ſibi hoc contra mentem ſuam imputari non poſſit: cum ex eo ſi convicio conſpurcatus ex iracundiæ calore dicat, tu mentiris; nemo, quod ſic dicens à jure actionis injuriarum ſibi jam competente ſe abdicârit, hinc colligere per ullam rationem conſequentiæ poſſit: cum hoc eo tempore, quo mentitam, ut loquuntur, dedit, non hoc egerit; ſed hoc tantùm, ut crimen objectanti, ne videretur conſentire, contradiceret &c.* Verùm reſpondeo, ejusmodi animum, quod poſt retorſionem velit uti actione injuriarum, non poteſt habere retorquens, quod duo illa remedia ad eandem injuriam vindicandam ratio jam prolata non admittit. Nec officit id, quod jam dicto argumento præmittit Nebelkrä / *quando ex uno facto duo agendi modi oriuntur, non prohibetur quis uno expertus ad alium, ut conſequatur, quod in eo plus eſt redire l. 34. pr. l. 41. §. 1. de O. & A.* Reſp. Hoc obtinet tantùm, quando ex uno facto duæ ſpeciales & ſeparatæ actiones oriuntur, quæ diverſos habent fines, qualis eſt actio L. Aquiliæ & actio injuriarum. Denique objicit Nebelkrä / *ſi realem injuriam vi repellens non prohibetur poſt propulſationem judicialiter quoque convenire invaſorem, ſequitur quod etiam poſt retortionem, idem liceat retorquenti.* Reſp. Aut convenitur is, qui vim fecit & vi repulſus eſt, actione ex L. Juliâ de vi, & longe diverſam hujus puto eſſe rationem ab actione injuriarum: illa enim ad ſolam violentiæ commiſſæ pœnam datur, & cum violentia illa per vim oppoſitam non ſit ſubla-

ta, rectè adhuc datur illa actio: ſed actio injuriarum competit ad reſtituendum honorem, qui cum per retorſionem ſit reſtitutus, hâc actione non eſt opus: poteſt tamen implorari officium judicis, ut is conviciantem puniat, & moneat, ut in poſterum abſtineat. Aut convenitur interdicto uti poſſidetis, & hujus itidem diverſa ratio, quia competit eum in finem, ut ne in futurum quis vi turbetur in poſſeſſione. Duo adhuc injiciuntur ſcrupuli: (1.) *quod actio recantatoria poſſit cumulari cum actione injuriarum.* Reſp. Hoc argumentum nihil concludit. Injuriâ enim nondum ſublatâ rectè hæc cumulatio fit: ſed aliud eſt jam per retorſionem reſtituto honore, & ſublatâ & retortâ in alterum injuriâ, quo facto, quomodo poſſet adhuc actio ob illam injuriam competere? Iſtiusmodi autem cumulatio non poteſt retorquendo fieri; retorſio enim ſtatim facienda, & eâ factâ non locus eſt actioni injuriarum. (2.) *quod hæc exceptio: jam factam eſſe retorſionem à reo opponi non poſſit: cogeretur enim fateri, quid calumniatus fuerit: atq; ita propriam ſuam turpitudinem allegans cum hac exceptione admitti non deberet.* Reſp. Eodem ratiocinandi modo colliges, ſi quis ex delicto condemnatus ſit, & iterum ex eodem conveniatur, non poſſe eum opponere except. rei judicatæ, quia & eâ fatetur ſe delictum illud commiſiſſe. Et ipſe Nebelkrä duos refert ca-
5. sûs, quibus hæc exceptio oppoſita. Cæterum de actione ad palinodiam certiſſimum eſt, non diffitente ipſo Nebelkrä/ illam non competere poſt retorſionem. Cum enim actio ad palinodiam ſit condictio ex moribus vel imploratio officii judicis, competens ad id, ut honor denegatus rurſus exhibeatur, atque ita læſio famæ illatæ re-

ſarciatur:

ſarciatur: læſione iſtâ per retorſionem reſarcitâ palinodia exigi nequit. Sed quid de illo habendum, in quem retor- 6.
ſio facta? Vid. Arum. *L. 2. dec. 13.* Beſold. *voc. retorſio.*

Caput Undecimum.

De

# Retorſione Juris iniqui.

## Aphor. I.

(II.) Ob expeditiſſimam illam injurias vindicandi commoditatem licita eſt Retorſio juris novi ſ. iniqui, fundata in Edicto: *Quod quisque juris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem jure utatur.* II. Retorſio Juris iniqui

*Summaria.*

1. *Sedes hujus retorſionis.*
2. *Appellatur retorſio ab interpretibus.*
3. *Edictum illud eſt æquiſſimum.*
4. *Sententia contraria non adjuvatur Ariſtotelis autoritate, ſed eâ potiùs deſtruitur.*

Quod explicatur in *tit. D. quod quisq. jur. &c.* quem 1.
Uld. Zaſius *in parat. d. t. in ſummo gradu difficilem*, vocat, *licet brevem.* Et in Lect. *ad eund.* ait: *Hæc eſt elegans, & ut hîc dicit Bart. ſubtilis & difficilis materia, ſed me judice valdè utilis.* Non invenitur quidem remedium ex illo edicto 2.
in ipſis LL. appellatum *retorſio juris iniqui*: Sed interpretes hâc appellatione communiter utuntur, quos ſecutus eſt etiam Sereniſſ. Elector Auguſtus *Part. 3. conſt. fin.* *Hoc* 3.
*edictum autem*, ut ipſe Ulpianus in *l. 1. d. t.* loquitur, *ſum-*

*mam habet æquitatem, & ſine cujusquam indignatione juſtâ: quis enim adſpernabitur idem jus ſibi dici, quod ipſe aliis dixit vel dici effecit.* Idem commendat Joh. Oldendorpius *act. for. progymnaſm. claſſ. 1. act. 1.* his verbis: *miſerrimum noſtræ levitatis in tractando jure exemplum eſt, quod hanc divinam agendi formulam, quam Deus ipſe vivâ voce nobis præſcripſit, nemo dignetur in ordinem aliarum admittere: cum tamen ſit æquiſſima, & omnium humanarum functionum regulatrix. Adeò quæ ſunt obularia tractamus copiosè: quæ autem ingentem adferrent theſaurum, prætermittimus.* Profluit nimirum hoc edictum ex illâ juris nat. regulâ: *Quod tibi non vis fieri alteri non feceris:* &: *Quod tibi vis fieri alteri feceris (c. 1. diſt. 1. Matth. 7, 12. Luc. 6, 31.)* Quæ ita exprimitur in *fin. §. 1. l. 1. d. t. Quod ipſe quis in alterius perſonâ æquum eſſe credidit: id in ipſius quoq; perſona valere patiatur.* add. *theſ. ſeq. exeg. in fin.* Ab æquitate etiam juris retorſionis conſtitutionem ſuam orditur El. Auguſtus dicens: Ob wohl das *jus retortionis vel talionis ſimpliciter & abſolutè* nicht Statt haben kan / ſo iſt doch daſſelbe nicht allein gut/ſondern auch billich/ wenn es zu Beſſerung des gemeinen Nutzes dahin gerichtet wird / daß in Bürgerlichen Sachen und Handelungen rechte *proportion* gehalten werde. Quibus verbis reſpici exiſtimo ad jam explicatum edicti, de quo agimus, fundamentum, quod quaſi in aliquâ proportione actionum & jurium, de illis ſtatutorum vel impetratorum, inter cives conſiſtere videtur. Cæterum
4. Berlichius cum *part. 3. concl. pract. 51. n. 2.* ſententiam huic retorſioni adverſantem retuliſſet, ſubjungit: *Et hanc opinionem Ariſtoteles 5. Et h. contra Pythagoreos luculenter comprobat; atq; demonſtrat.* Verùm tantùm abeſt, ut contraria

ria

ria ſententia ſuffragio illi Ariſtotelis inniti poſſit, ut potiùs inde jus hoc retorſionis confirmetur: & exordium *d. conſt. ex d. l. 5. Eth. c. 8.* deſumtum eſſe videatur: uti quoque notat Scheplitz *ad conſuet. March. P. 3. tit. 1. §. 5. 6. n. 3.* Licèt enim hoc ἀντιπεπονθὸς, de quo hîc agimus, ibi non tractetur, accommodari tamen huc non inconcinnè queunt hæc verba: *In mutuis contractibus ejusmodi jus talionis ſecundùm proportionem, non ſecundùm æqualitatem obſervare convenit. Par pari enim referendo civitas conſervatur. Vel enim dant operam homines, ut malum reddant, alioquin eſſe ſervitus videtur, niſi par pari referatur: aut ut bonum retribuatur: alioqui nulla fieret participatio; participatione autem conſiſtunt civitates.*

## APHOR. II.

Verba illius Edicti ſunt: *Qui magiſtratum poteſtatemve habebit, ſi quid in aliquem novi juris ſtatuerit: ipſe, quandoq; adverſario poſtulante, eodem jure uti debet. Si quis apud eum, qui magiſtratum poteſtatemq; habebit, aliquid novi juris obtinuerit: quandoq; poſteà adverſario ejus poſtulante, eodem jure adverſus eum decernetur. Scilicet ut quod ipſe quis in alterius perſona æquum eſſe credidiſſet, id in ipſius quoq; perſonâ valere patiatur.* Verba Edicti.

*SUMMARIA.*

1. *Jus ſtatuendi poteſtas pertinet ad Majeſtatem.*
2. *Non competit Prætori.*
3. *Populus ob æquitatem edicta Prætoris probavit.*
4. *Prætor aliqua præter jus ſtatuebat.*

*5. Ita corrigit Prætor jus*

*6. Prætor vel in perpetum & generaliter edicit.*

*7. Vel in ſingulas cauſas.*

*8. Contra abutentes hâc poteſtate hoc edictum propoſitum.*

*9. Et tanquam norma judiciorum in Digeſtis præmittitur.*

1. *l. 1. §. 1. quod quisq. jur. in al. &c.* Jus ſtatuere ſ. leges condere præcipuum aliquod jus majeſtatis eſt. Ariſtot. 4.
2. *Pol. c. 14.* Nulli itaque magiſtratui illud rectè competere poteſt, ſed hujus officium in eo conſiſtit, ut jus à majeſtate latum reddat: unde credibile eſt apud Romanos, Prætores (aliosve magiſtratus, §. 7. *de jure nac. g. & c.* qui in jure civ. ſunt, qui Juriſdictioni præſunt) ea tantùm propoſuiſſe edictis, quæ ad modum & formam Jurisdi-
3. ctionis pertinere videbantur: Poſteà autem ſenſim progreſſu temporis id eos ſibi ſumſiſſe, ut etiam jus conſtituerent: ita tamen ut populus non propter poteſtatem legislatoriam, quam illi non habebant, ſed propter æquitatem, quæ illis edictis ineſſe ſolebat, eo jure lubens & ul-
4. tro uſus ſit. Neque etiam Prætor contra leges aliquid ſtatuere, nec leges ullas abrogare poterat *l. 12. §. 4. de publ. in rem act. l. 12. §. 1. de bon. poſſ. & l. 1. §. 1. in fin. ex quib. cauſ. maj.* ſed tantùm præter jus aliqua ſtatuebat, & de iis edicebat, quæ lege ſancita aut expreſsè vetita non erant, quô
5. pertinet definitio juris prætorii in *l. 7. §. 1. de J. & J.* In quâ licèt quoque *correctionis* fiat mentio; intelligitur tamen illa tantùm, quâ Prætor ob ſingularem æquitatem id admiſit, quod generaliter quidem ſed non ſpecialiter & expreſsè lege erat vetitum. Conf. Bachov. *comm. in prim. part.*

*part. pandect. tit. de I. & I. rubr. de edict. Prætor.* Paulus Buſius *ſubtil. jur. l. 1. cap. 3.* Perez. *in C. tit. de off. præt. n. 3. & t. C. qui adm. ad bon. poſſ. n. 2.* Statuebant autem ita jus 6. Prætores vel perpetuum ſive perpetuæ Jurisdictionis gratiâ, quod fiebat, cum Prætor generaliter edicebat, quibus de rebus aut quomodo in omnibus cauſis jus eſſet dicturus, quamdiu magiſtratu fungeretur *l. 2. §. 20. de O. I. l. 7. de Jurisdict.* quod ita obtinuit uſque dum unum perpetuum edictum à Salvio Juliano conſtitueretur. Add. Thom. Lindemann. *Hiſtor. Jur. Rom. n. 229.* Dn. Georg. Frantzk. *p. m. comm. ad pand. tit. de O. I. n. 35. & ſeqq.* Vel in 7. ſingulas cauſas & perſonas jus dicendo, i. e. decernendo aliquid vel jus quoddam præſcribendo judicibus datis, à quo non liceret eis cognoſcendo judicandoque recedere. Jung. Duaren. *L. 1. diſp. anniverſ. c. 53.* Hâc poteſtate cum 8. ambitioſi magiſtratûs aliquando abuterentur & contra morem majorum contraque jus & æquum jus dicerent, propoſitum fuit hoc edictum. Duarenus *in h. t. c. 1.* Quod, 9. priusquam in tractationem judiciorum progrederentur, juris compoſitoribus viſum fuit præmittere, eoq; & magiſtratum & litigatores admonere, ne vel ille concedere vel hi petere jus novum ſ. iniquum auderent: cæteroquin cogendos, ut jure quod in alios ſtatuerint aut obtinuerint, poſteà quandocunque uſus venerit, utantur. Quæ eſt juſtiſſima judiciorum conſtituendorum & impetrandorum norma: ſiquidem nulla eſt certior via, per quam cognoſcas, utrum æquum an iniquum ſit, quod petiturus vel pronunciaturus es, quàm ſi ex perſonâ tuâ metiaris, num velles in te hoc jus exerceri, quod in alium decernis, aut decerni curas. Add. *l. 1. de ſolut. c. 9. q. 5. 23. c. 5.*

*diſt. 2. de pœnit.* Weſenb. *parat. t. quod quisq. jur. n. 1.* Oldendorp. *claſſ. 1. act. 1. init.* Videatur etiam aliquod exemplum ad hujus rei illuſtrationem faciens apud Valer. Max. *l. 8. c. 6. n. 3.*

## APHOR. III.

Ejus duo capita.

Quæ duo ejus capita eſſe oſtendunt: quorum primum eſt de magiſtratu novum aut iniquum jus, ſive aliquo poſtulante ſive motu proprio ſtatuente: alterum de parte litigante jus novum vel iniquum poſtulante & impetrante.

Phil. Decius *in l. 3. pr. h. t. n. 1.* Bachov. *not. ad Weſenb. h. t.*

## APHOR. IV.

Actio ex hoc edicto & exceptio.

Datur ex hoc edicto actio perſonalis in factum prætoria illi, qui læſus eſt novo jure vel alii cuicunque; & quidem ex priori ejus parte, adverſus magiſtratum qui id ſtatuit; ex poſteriori contra illum, qui poſtulavit & impetravit, ut idem jus ſibi dici uterque patiatur. Similiter per modum exceptionis hoc edicto uti quis poteſt

*SUMMARIA.*

*1. Hæc retorſio fit quidem mediante magiſtratu, ſed tamen jus iniquum, perinde ut injuria, retorquetur.*

*2. In repreſſaliis & pignorationibus etiam eſt privata vindicta, licet concurrat magiſtratus.*

Bart.

Bart. *in l. 3. §. quod autem. h. t. n. 2.* Dicis, quicquid per modum actionis aut exceptionis expeditur, in judicio peragitur, adeoque minùs rectè hoc jus retorſionis refertur ad privatam vindictam. Reſpondeo, concedendo id eo reſpectu ad publicam vindictam accedere, quatenus mediante magiſtratu fit retorſio: quia verò injuria, quam magiſtratus jus novum ſtatuens, vel litigator illud impetrans; committit, non ordinariâ viâ per appellationem &c. corrigitur, ſed hoc modo, ut cuivis contra tales in ſimili causâ agenti vel excipienti, contra ſtatuentem vel impetrantem jus iniquum, eodem jure uti liceat, atque ita ſibi ipſi quaſi jus ſtatuere, quod magiſtratus, cujus auxilio jus illud retorquetur, ſequi tenetur, non obſervato ordinario jure: hactenus privatam aliquam vindictam involvere videtur. Id quod manifeſtiùs apparet, quando hodie Ducatus vel civitas aliqua in imperio Germanico idem jus, quo alia in iſtâ utitur, retorquet: ſi enim publicâ vindictâ procederetur, res illa coram eo, cui Ducatus vel civitas ſubjecta, tractanda foret. Eodem modo comparatum eſt cum repreſſaliis, quæ quidem etiam per magiſtratum expediuntur, & tamen aliqua privata vindicta concurrit; idem fit in pignorationibus.

(Margin: 1. — beside line 2; 2. — beside "Eodem modo compa-")

## Aphor. V.

Cauſa utriusque actionis eſt delictum, quod committitur dolo vel latâ culpâ conſtituendo; aut poſtulando & impetrando jus novum ſeu iniquum.

*Summaria.*

1. *Jus iniquum vel dolo vel latâ culpâ ſtatutum eſt cauſa hujus actionis.*

2. Non levi vel leviſſimâ culpâ illatum præjudicium.

3. Similiter & jus novum dolo vel negligentiâ ſummâ impetratum eſt cauſa.

3. Requiritur autem ut cum effectu ſit ſtatutum jus novum.

4. Ratione impetrantis ſufficit impetratum eſſe.

5. Non verò ſolùm petitum.

6. Non pertinet hoc ad privilegia conceſſa.

7. Niſi dolo emendicata ſint.

8. Magiſtratus vel litigator retorquens non incidit in hoc edictum.

9. Jus novum hic ſignificat jus iniquum.

10. Hodierno edicti uſu ſingularia jura ſunt jus novum.

11. Atq; hâc ratione jus Saxonicum retorquetur.

12. Ita ergò hodie hoc edictum accommodari poteſt.

13. Vel ſi judex jus iniquum diceret; vel jus impetraret.

14. Velut jus ſingulare contra civitatem eo utentem retorqueatur.

15. Licet dolo nec ſtatuatur nec impetretur.

16. Sufficit enim iniqitas ſ. inæqualitas reſultans ex uſu juris ſingularis contra utentes aliàs jure communi.

17. Requiritur autem (I.) ut civitas iſta contra quam retorſio ſuſcipitur, ſit uſa contra civitatem retorquentem.

18. Aliàs dantur literæ reverſales.

19. Non datur retorſio in ſingulos, ſi ſolus magiſtratus novum jus ſtatuerit.

20. Sed ſi populus conſenſerit.

21. Quod univerſis placet, in ſingulos hoc caſu retorquetur.

22. Per

*22. Per magiſtratum hæc retorſio juris fit.*

*23. Incolæ diverſæ Jurisdictionis in eâdem civitate contra ſe invicem retorſione utuntur.*

Bald. *in l. 3. §. 1. h. t. n. 1. in fin.* Oldendorp. *d. l. n. 3.* Probatur hoc quoad priorem edicti partem ex *l. 2. h. t.* ubi 1.
dicitur: *hoc edicto dolus* (h. e. certa animi deſtinatio jus iniquum ſtatuendi) *debet jus dicentis puniri.* Qui enim ſciens judicavit injuſtê, plus ſibi uſurpat & ipſe vel gratiæ vel vindictæ: perinde ac ſi quis factæ injuriæ ipſe partem acceperit, ut ait Ariſtot. *5. Ethic. 12.* Cum autem in delictis minoribus, ob quæ corpori pœna non infligitur, lata culpa dolum repræſentet *l. 1. §. 1. ſi menſ. falſ. mod. l. 1. §. 2. ſi is qui teſt. lib.* ideoque lata culpa jus dicentis in *d. l. 2.* non excluditur. Imò Phil. Decius in *d. l. n. 4.* ſtatuit, quod 2.
hoc edictum procedat quoque ſi culpâ levi vel leviſſimâ magiſtratûs præjudicium parti ſit illatum, quia ſolùm conſideretur intereſſe adverſarii, & non attendatur dolus vel culpa inferentis. Verùm huic ſententiæ, quæ eſt contra expr. text. *d. l. 2.* ad quam ineptam affert reſponſionem, ſubſcribere non poſſumus. Idem dolus vel lata 3.
culpa quoad alteram edicti partem requiri videtur, ut ſc. quis ſciens, vel propter ſummam negligentiam ignorans, impetret jus novum ſui commodi gratiâ in præjudicium adverſarii: add. Oldend. *d. l. rubr. intentio actoris. n. 6.* Negat hoc gloſſa *in l. 1. §. 1. h. t. lit. o.* (quam ſequitur Jaſon *in d. l. 1. n. 1.*) duplici ratione: (1.) *quia ad impetrantem ſemper aliquid pervenit; non autem ad judicem.* Ad quam reſpondemus: ſi impetrato jure novo quis non utatur, nihil ad eum inde pervenit, & tamen hoc edicto punitur, quia impetravit, ut uteretur *l. 3. pr. h. t.* Unde ſatis conſtat

 dolum

dolum impetrantis hoc edictum ſpectare. (2.) *quia in l. 1. §. 1. in fin. dicitur: crediadiſſet: quod innuit, ut, etiamſi ſine dolo impetraverit, teneatur.* Reſp. verba illa, *l. 1. §. 1. verſ. ſcilicet.* continent rationem utriusque partis edicti: ſicut igitur inde non poteſt colligi magiſtratum ſine dolo teneri: ita nec iis innuitur, impetrantem ſine dolo teneri.
3. In eo videtur eſſe aliqua differentia inter impetrantem & ſtatuentem jus novum, quod hic non teneatur, ſi jus novum cum effectu non ſit ſtatutum *l. 1. §. 2. h. t.* quod contingit ferè dupliciter: (1.) ſi magiſtratus, cum vellet ſtatuere, prohibitus ſit, nec decretum habuerit effectum. *Nam ſtatuit verbum rem perfectam ſignificat & conſummatam injuriam, non cœptam. d. l. 1. §. 2.* Add. *ibi* Jaſon & Zaſius. (2.) Si inter eos quis jus dixerit, inter quos Jurisdictionem non habuit *d. l. 1. §. 2.* Atq; his caſibus obtinet, quod *d. l.* adjicitur: *quid obfuit conatus, cum injuria nullũ habuerit effectum.* Quod ſi igitur ad affectum perducatur ſententia iniqua, licèt in ſe nulla, edicto huic locus erit. Phil. Decius *ad l. 1. pr. h. t. n. 22. 23. & ad §. 2. n. 4. it. in l. 2. n. 12.* Con-
4. tra impetrantem autem ex alterâ edicti parte ut detur actio, ſufficit jus novum eſſe ad poſtulationem ejus impetratum, ut uteretur, licèt eo uſus non fuerit *l. 3. pr. h. t.* Jaſon *in d. pr. n. 12. 13.* add. *aphor. 8.* Ratio diverſitatis eſt, quod magiſtratus, impeditus ſtatuere, omnino non ſtatuit; aut ſi inter non ſubjectos ſtatuit, pro nullo id habetur, adeoque ſubſiſtit in finibus nudi conatûs: quando verò quis impetravit jus iniquum, ipsâ impetratione de-
5. lictum eſt conſummatum. Quod ſi igitur tantùm petierit quis decretum iniquum, ſed non impetraverit, hoc edicto non tenebitur. Unde apparet, ſi accuratè rem conſideret,

ſideres, eandem hîc eſſe rationem ſtatuentis & impetrantis. Nam ſicut is, qvi vult ſtatuere, ſive verbotenus tantùm ſtatuit, non tenetur hoc edicto *cit. l. 1. §. 2. h. t.* ita nec qui vult impetrare ſive tantùm petit. Ut verò tenetur, qui ſtatuit cum effectu; *ita quoq; qui poſtulavit & impetravit, licèt uſus non ſit.* Bachov.. *comm. in prim. part. Pand. ad d. l. 1. §. ult.* Cæterum ex eo, quod dolum in ſtatuente & impetrante requiſivimus, inferri poteſt: (I.) quod hoc edictum non pertineat ad conceſſionem privilegii alicujus ab Imperatore factam, ſiquidem hoc non iniquum jus dixeris, ſed ſingulare aut perſonale *§. 6. de i. n. g. & c.* Et quod illud impetrans non incidat in hoc edictum *arg. l. 6. C. de LL.* Bachov. *ad l. 3. § 3. h. t. n. 2.* Hoc tamen quoad impetrantem limitaverim, niſi appareat eum dolo & in damnum aliorum privilegium emendicâſſe, *arg. l. 1. verſ. ſed quoniam C. de pet. bon. ſubl. l, 7. C. de prec. Imp. offer. t. t. C. ſi contr. jus vel util. publ. c. 23. de præbend. in 6.* Vid. Zaſius *in l. 3. pr. h. t. verſ. invenio tamen.* (II.) Quod magiſtratus vel litigator, qui jus iniquum contra eum, qui antè id ſtatuerat aut impetraverat, ſtatuit vel impetrat, in pœnā hujus edicti non incidat, quia ita retorqvendo non peccatur; ſed magiſtratus ſtudet defendere hoc edictum; & litigator utitur beneficio hujus edicti *l. ult. h. t.* Denique cumprimis notandum *jus novum* hîc eſſe *jus iniquum l. 3. pr. h. t.* ſive: *ex quo infertur injuria l. 1. §. 2. eod.* vel: *jus aliter dictum, quàm oportuit l. 2. d. t.* Cum enim magiſtratus contra leges ſibi prẹſcriptas aut receptam conſuetudinem jus ſtatuit, *novum* jus eſt. Zaſius *parat. h. t.* Duarenus *d. l. 1. diſput. anniv c. 49.* Jus autem *iniquum* dicitur *jus* reſpectu magiſtratûs, cujus eſt jus dicere, & cujus ſententia jus facit in-

ter

ter partes & pro jure habetur *l. pen. de I. & I.* Bachov *in d.*
10. *comm. ad l. 1. §. ult. n. 3.* Hodie in applicatione hujus edicti ad retorſionem diverſarum conſtitutionum & ſtatutorum in diverſis Imperii Romano-Germanici ditionibus, per jus novum intelligendum eſſe exiſtimo omne id, quod eſt contra jus commune; (h. e. contra leges Juſtinianeas, jus feudale commune, Jus Canonicum receptum, Conſtitutiones Imperii, & mores generaliter in imperio obtinentes;) licet illud in ſe conſideratum forte iniquum non ſit. Quod confirmant Albericus de Roſate *in l. 1. pr. h. t. n. 4. & ſeqq.* ac Phil. Decius *ad d. l. 1. pr. n. 28.* docentes, *jus novum eſſe, quod non eſt in corpore juris ſcriptum, nec inveteratâ conſuetudine introductum, ſed ad libitum ſtatuentis ſtatutum.* Eo quoque reſpectu Elect. Auguſtus ſingularia civitatum ſtatuta vocat expreſsè iniquum jus unbillich Recht/ *d. P. 3. conſt. ult. §.* und iſt demnach & §. dieweil ſich. Idem innuit Fürſtl. Braunſch. Lüneb. MüntzEdict. *de dato* Zelle *Ann. 1621. ibi.:* Daß alle die jenige örther/da der Reichsth. *Contra leges Imperii* zu hohem Anſchlage geſetzet/ deroſelben Unterthanen ſowohl in gedachter Stadt Lüneburg als uffm Lande in gleichen valore und pretio die Außzahlung thun/und ſich als rechtlicher Gebühr nach des juris retorſionis in dieſem Paß wol gebrauchen können und mögen. Conf. Virgil. Pingitzer *quæſt. ill. Saxon. 33. n. 6.* Frid. Pruckmann. *vol. 1. conſ. 31. n. 86. 87.* it. infr. *aphor. 34. &*
11. *ſeqq.* Atque hâc ratione hodie cauſa retorſionis eſſe poteſt Jus Saxonicum, conſtitutiones & ſtatuta ſpecialia.
12. Quamvis igitur idem planè hujus edicti uſus, qui fuit tempore veterum JCtorum, hodie propter mutatam reip. judiciorumque formam, & propter diverſa jura in

diverſis

diverſis imperi[illegible]ovinciis obtinentia, eſſe nequeat: illud tamen edictum in ipsâ æquitate fundatum ad noſtram reip. judiciorumque formam aptari poteſt duobus modis; ex duplici nim. causâ, quam ſignificant Jaſon *in l. 2. h. t. n. 2.* Paulus de Caſtro *in l. 1. n. 4. eod.* Sebaſt. Sapia *in d. l. 1. n. 1.* & alii tradentes, *novum jus ſtatui à magiſtratu vel per viam ſententiæ vel per viam ſtatuti.* Jung. Zaſius *lect. ad l. 1. pr. h. t.* Primo modo poſſet hodie adhuc uſurpari hoc edictum, quando judex dolo ſententiam ferret aut decretum ſtatueret contra jus illo in loco, ubi eſt judex, obtinens; vel ſi quis jus aliquod iniquum dolo impetraret. König. *proceſſ. p. 235.* Alter modus, isque frequentiſſimus, eſt, quando in aliquâ imperii provinciâ vel civitate ſtatutum eſt aut obtinet jus juri communi derogans, & idem exercetur in aliam provinciam vel civitatem ejusve cives; tunc hæc civitas aut provincia in illam ejusve cives idem jus retorquet. Et de hoc caſu illud edictum non eſt conceptum, intentio tamen ejus & æquitas hîc quoque locum habet: ut nimir. eo jure à communi derogante civitas & ejus cives utantur, quod ipſa in alteram civitatem ejusve cives ſtatuit. Nec obſtat, quod edictum, de quo agimus, dolum ſtatuentis & impetrantis requirat, ut ſupra diximus; ejuſmodi autem ſtatuta & conſtitutiones absque dolo condi, & ſecundùm has rectè impetrari jus ſoleat: cumprimis cum provinciales & municipales leges condendi facultas provinciis & civitatibus ſit conceſſa. Ad hoc enim reſpondeo: licèt nullus fortè dolus adſit cum ejusmodi ſtatuta & conſtitutiones promulgantur, & ex iis ſubditis illius loci jus dicitur: ſupervenit tamen aliquis dolus præſumtus ex poſtfacto,

13.
14.
15.

quando civitas jus, quod ſtatutum eſt derogans juri communi, dicit alius provinciæ ſubditis, & tamen idem jus
16. ſibi iterum in alterâ illâ ditione dici nolit. Dolo enim videtur agere civitas, quæ aliis dicit jus derogãs juri communi, (idque nonnunquam ſatis iniquum) & tamen alibi vult uti jure communi: ac intendere ſuum lucrum cum alterius civitatis damno. Vid *Aphor. 32. & ſeqq.* Unde alleg. Conſt. Elect. non requirit dolum ſtatuentis aliquod jus aut impetrantis, ſed iniquitatem reſultantem ex uſu juris jam ſtatuti contra aliam civitatem, eo jure aliàs non utentem, attendit, ibi: **Und iſt demnach nicht unbillich / daß man wieder die Oerter / von dannen man die Erbſchafft / Gerade / Heergewette und dergleichen gar nicht / oder allein eins Theils folgen leſt / ſolches** Jus retorſionis **oder** talionis **hinwieder auch gebrauche / und der Ende ſolche Stücke mehr und weiter / dann ſie gegeben / nicht folgen laſſe.** Addantur etiam ſupra citata verba, **des**
17. **Braunſchw. Müntz**-Edicts. Ut verò poſtremo hoc caſu retorſioni locus ſit, requiritur (I.) ut civitas, quæ aliàs utitur iſtismodi jure novo, ſit etiam eodem uſa contra illam civitatem, quæ vult retorquere, d. Conſt. ult. §. **Wann aber eine Stadt**/&c. Neque hoc præſumitur, ſed probandum eſt: hinc ad archivum & libros publicos recurrendum eſſe dicit Berlichius *part. 3. concl. pract. 51. n. 28.* & ex iis colligendum num jure iſtiusmodi novo civitas, cum quâ, de caſu ad illud jus pertinente, agimus, ſit uſa. Add. Dn. Carpzov. *part. 3. conſtitut. 38.*
18. *defin. 4. 8. & 9.* Si jus illud novum nondum contra civitatem exercitum, in futurum ne fiat, ſibi cavere hæc ſolet, exigendo antigraphum ſeu literas reverſales, ut vocant,

vocant, quibus altera civitas promittit, ſe jure ſuo novo contra hanc civitatem nunquam uſuram, ſed idem hujus civitatis civi jus dicturam, quod jam ſuo civi dictum: quæ literæ ad acta publica deponuntur, ut ex illis quid hoc in caſu obſervatum fuerit, probari queat. Dn. Carpz. *L.6.reſp. jur.Elect.t.4.reſp.37.num.18.* Requiritur (II.) 19.
ſi in ſingulos retorquere velis, ut non ſolus magiſtratus, qui præeſt alicui populo ſeu univerſitati novum jus ſtatuerit. Ex facto enim rectoris non tenetur populus: nec datur adverſus ſingulas perſonas populi retorſio juris iniqui, quod magiſtratus ſtatuit, ſed tantùm contra ſtatuentem, *arg.l.1 pr. de mag. conv.* Bart. *in l.1.pr.n.5.6.* Raph. Fulgoſius *in d. l. 1. num. 6. h. t.* Jaſon. *in l. 1. h. t. num. 13.* Sapia *in d. l. 1. num. 23.* Zaſius *parat. d. t. init. & in lect. ad d. l. 1. pr.* Oldendorp. *d. i. 1. act. 1. rubr. cui & adverſus quem detur. num ult.* Diximus autem locum non eſſe 20.
retorſioni in populum vel ſingulos de populo, ſi ſolus magiſtratus, non cõſentiente populo, ſtatutũ cõdat iniquũ. Si igitur populus conſentit, rectè locus eſt retorſioni: *arg.l.3. §.1.h.t.* conſentire autem dicitur populus vel expreſſè, vel tacitè. expreſſè, ſi ipſi9 expreſſa volũtas interveniat, Zaſi9 *in parat d.l.* Tacitus conſenſus colligitur: (1.) ſi patiatur ſtatutum illud obſervari: videtur enim tunc ratum habere. Quid enim intereſt ſuffragio populus voluntatem ſuam declaret: an rebus ipſis & factis; ut dicitur *in l.32. §.1. d.LL.* Paulus de Caſtro *in l.1. h.t. num.12. ibi: contra ſingulos de populo, qui patiuntur iſtud ſtatutum vigere.* Sapia *d.num.23.* (2.) ſi populus ſenſerit commodum ex ſtatuto, *arg. t.t. de in rem verſ. & l.3. §. 1. h. t.* Zaſius *in parat. h.t.* Poſſet tamen hîc hoc moveri dubium, quod licèt 21.

populus univerſim ſumtus in ejusmo[…] [ſt]atutum conſentiat vel etiam ipſe condat, id tamen non retorquendum eſſe in ſingulos, quia aliud ſunt ſinguli, aliud univerſitas *l. 7. §. 1. quod cujusq; univ. nom.* Paulus de Caſtro *in l. 1. h. t. num. 11.* Verùm reſpondendum eſſe exiſtimo, quod ſtatuta quidem ejusmodi condantur ab univerſis, ſinguli tamen commodum inde ſentiant cum ſingulorum ſæpe in alterâ civitate damno: rectè igitur datur tunc ſingulis retorſio contra ſingulos.
22. Quia verò ejusmodi jus iniquum ab univerſitate vel nomine illius à magiſtratu in alius univerſitatis cives exercetur: in commodum vel ipſius univerſitatis vel etiam ſingulorum in univerſitate: ideò univerſitas hæc, contra quam illud jus novum eſt uſurpatum, vel, ejus nomine magiſtratus retorquet illud jus in ſuum ſuorumvê civium utilitatem: atque hoc vult Sereniſſ. Elect. Auguſtus ſæpe cit, conſtit. §. **Dieweil ſich aber gemeiniglich zuträgt / daß nicht die** privat-**Perſonen / ſondern die Obrigkeit ſelbſt hieran ſchuldig / ſo iſt auch in den Schöppen-Stühlen biß anhero nicht unbillich erkant worden / daß nicht die** privat-**Perſonen / ſondern hinwider auch die Obrigkeit ſolches** jus retortionis **zu** exercir**en und vorzuwenden haben ſoll** / &c. Add. Jac. Thoming. *deciſ. 26. n. 36.* Berlich. *d. concl. 51. n. 30. & 31.* Dn. Carpzov. *d. conſt. def. 10.*
23. Illud etiam hîc notes, quod nonnunquam in unâ eâdemque civitate inter incolas diverſæ Jurisdictioni ſubjectas hujusmodi retorſio exerceatur. Dn. Carpz. *d. c. def. 3. n. 13.*

## APH. VI.

Cui detur. Competit igitur utravis actio vel etiam exceptio (I.) Ei qui læſus eſt jure novo. (II.) Omni-

mnibus aliis, qui in ſimili cauſâ eum, qui antè ſtatuit aut impetravit jus novum, quandoque conveniunt.

*Summaria.*

1. *Datur non ſolùm læſo, ſed & cuilibet, qui ſimilem cauſam habet.*
2. *Aliter l.3.§.2. explicantium opinio refutatur.*
3. *Popularis videtur quodāmodo actio ex hoc edicto.*
4. *Scrupulus Bachovii eximitur.*
5. *Uſus hodiernus.*

*l.3.§.2.h.t.* quem textum ita accipiendum eſſe ipſa ejusdem verba oſtendunt; & patet hoc etiam (1.) ex ratione hujus edicti, ſcil. *ut quod ipſe quis in alterius perſonâ æquum eſſe credidiſſet, id in ipſius quoque perſonâ valere patiatur, l.1.§.1.h.t.* Hæc ratio non ſolùm obtinet in eo, contra quem ſtatutum aut impetratum eſt jus novum, ſed etiam in quovis, qui in ſimili causâ vel eum, qui ſtatuit aut impetravit, convenit, vel ab eo convenitur. (2.) Confirmatur hæc ſententia per *l.7. C. de reſc. vend.* ubi, cum milites quidam petierant jus aliquod iniquum, ut liceret eis reſcindere venditionem fundi ſemel emti, reſtituto pretio: hoc reſponſi ferunt, id reſcriptum ſi concederetur, magis illis damnoſum quàm utile futurum, quod ita omnes alii, cum quibus poſtmodùm contraherent, eâdem lege illos conventuri ſint, quam poſtulârint. Aliter *d.l.* 2.
*3.§.2.* explicant Gloſſ. & plurimi Dd. citati à Jaſone *ad d. §.* nimirũ ita, ut reſtringant ad caſum, quo quis petiit jus iniquum contra omnes. Verùm hanc reſtrictionẽ & ipſa verba *d.§.* & ratio edicti & *arg.d l.7.* nõ admittunt. Probare autẽ ſuam ſententiam nituntur: (1.) Ex *l.1.§.1.h.t. ibi: adverſario poſtulante:* Sed reſpondemus: etiam quilibet, qui petit

tit retorſionem, eſt adverſarius: ſic quoq; in priori edicti parte verba: *adverſario poſtulante:* referuntur ad eum, qui adverſarius eſt, cum retorſio inſtituitur: magiſtratus enim ſtatuens jus novum non habet adverſarium: & ponitur in utroque capite uſitato idiomate numerus ſingularis pro plurali. (2.) Quod res inter alios acta aliis non præjudicet *l. 63. de re judic.* Reſp. præjudicium hîc aliis non fit, ſed illi ipſi qui impetravit, aut ſtatuit jus iniquum,
3. quem hoc modo puniri voluit prætor. Add. Jaſon, Zaſius, Dn. D. Rinckius *in d. §. 2.* Bernh. Scotanus *exam. Jurid. part. 1. h. t.* qui ideò popularem quodammodò ex edi-
4. cto hoc actionem eſſe dicit. Scrupulum hîc injicit Bachov. *ad eund. §. 2.* *Pro illâ explicatione,* inquiens, *facit, quod aliàs fatendum erit, aut, ſi ego contra Titium jus iniquum impetravero, omnes quaſi in perpetuum eodem jure adverſus me uti poſſe: aut alium quemvis prævertendo excludere Titium poſſe, & facere, ne hic edicti pœnam contra me exercere poſſit. Et utrumque abſurdum videtur.* Verùm mihi prius non videtur abſurdum, ſed potiùs optimè congruere *d. §. 2.* & rationi hujus edicti, & *l. 7. C. de reſc. vend.*
5. Hodie ſi jus à jure communi devium, quod juris novi locum obtinere diximus, in aliquâ provinciâ vel civitate ſtatutũ ſit, datur retorſio illi civitati, quæ alterius civitatis ſtatuto læſa eſt, ut latiùs *aphor. præc. circ. fin.* expoſitum.

## APHOR. VII.

Contra quẽ detur actio ex priori edicti capite.

**Datur ex priore edicti capite in magiſtratum ſtatuentem jus iniquum dolo vel culpâ.**

*SUMMARIA.*

*1. Datur contra magiſtratum.*

*2. Etiam finito officio.*

3. *Non*

*3. Non datur contra patrem nomine filii agentem.*
*4. Aſſeſſoris imprudentia non obeſt judici.*
*5. Tenetur tamen ex qs. delicto judex.*
*6. Incidit etiam in hoc edictum collegium Juridicum judici de jure reſpondens.*
*7. Hodierna retorſio in quem detur.*

*l. 1. l. 2. h. t. jung. aph. 5.* Magiſtratus intelligitur omnis, qui Jurisdictionem habet, ſive jure ordinario ſive ex delegatione; urbanus, provincialis & municipalis. Oldendorp. *d. cl. 1. act. 1. rubr. cui & adv. quem n. 1.* Cum verò magiſtratus majores durante officio in jus vocari nequeant *l. 2. de in jus voc.* ideò non priùs contra eosdem ex hoc edicto agere licebit, quàm ſi magiſtratu abierint. Donellus *l. 18. c. 3. circ. fin.* Hilliger. *ibid. lit. ii.* Quamvis itaque jus quod ſtatuebant perpetuum non eſſet, ſed tam diu ſolùm duraret, quam diu eorum officium; tamen quantum ad eos, qui jus iniquum ſtatuerant, perpetuum erat, & eodem, quod ſtatuerant durante magiſtratu, poſt finitam adminiſtrationem, ſi quando agerent aut convenirentur, uti tenebantur. Duaren. *ad h. t. c. 1.* Porro ſi filiusfam. magiſtratus in hoc edictum incidat, in his actionibus, quas ex ejus perſonâ pater intendit, huic edicto locus non eſt, *l. 3. §. 4. h. t.* ubi additur ratio: *ne patris conditio deterior fiat.* Hoc enim factum filii non debet nocere patri, qui jure proprio directè & immediatè ratione patriæ poteſtatis actiones inſtituit, licèt eas habeat ex perſonâ filii, h. e. occaſione filii, ut hanc rem explicat Zaſius *in d. §. 4.* Add. Jaſon. *ibid.* Duaren. *in h. t. c. 3.* Quodſi aſſeſſoris imprudentiâ jus aliter dictum ſit, quàm oportuit:

tuit: non debet hoc magiſtratui officere, ſed ipſi aſſeſſori *l. 2. h. t.* Ratio eſt, quod tunc magiſtratus excuſetur à dolo & latâ culpâ, utpote ſecutus aſſeſſoris conſilium. Hoc diligenter notandum eſſe dicit Duarenus *in h. t. c. 2.* pro magiſtratibus noſtri temporis, qui operâ & prudentiâ conſiliariorum utuntur. Aſſeſſor verò non tantùm propter dolum ſed & propter imperitiam hoc edicto tenetur *d. l. 2.* Profitetur enim ſe is peritum juris eo ipſo, quod hoc munus ſuſcipit, adeoq; per imprudentiam iniquum jus magiſtratui ſtatuendum ſuggerens culpam committit dolo proximam. Rectè namque Zaſius *in d. l. Imperitia,* ait, *in docto viro* (h. e. qui profitetur ſe doctum) *eſt lata culpa dolo proxima.* Aliud eſt in judice, qui quandoque eſſe ſolet juris minus peritus, eumque in finem aſſeſſoris utitur conſilio, ne ipſe in judicando per imprudentiam
5. peccet. Licet autem magiſtratus hoc caſu non teneatur iſto edicto, litem tamen ſuam facit & ex quaſi delicto conveniri poteſt *pr. I. de obl. quæ ex quaſi del. naſc.* Add. Jaſon. Decius *n. 12. & ſeqq.* Zaſius, Buſius *in d. l. 2.* Dn. Hahn. *not. ad Weſenb. h. t. n. 2. verb. niſi ſine ipſius fraude.* Dn. Frantzkius *comm. in Pand. tit. de offic. aſſeſſ.* Diſſent.
6. Donellus *d. l. 18. c. 2.* Eleganter hîc quæritur: an exemplo aſſeſſoris incidat in hoc edictum Scabinatus vel facultas aliqua Juridica de jure reſpondens, ſi iniquum jus dicat? Ad hanc quæſtionem decidendam optimè arbitror accommodari diſtinctionem, quam Alexander de Imola ad *rubr. h. t. n. 5.* tradit, ut *conſilio dato ad requiſitionem judicis locus ſit retorſioni contra conſultorem; ſecus ſi ad inſtantiam partis.* Eandem innuit Paulus de Caſtro *in l. 1. n. 7.* ubi refert *porrigi ab Ang. actionem ex hoc edicto adverſus*

*Docto-*

*Doctorem ex jure reſpondentem, ut teneatur eodem jure quod reſponderit in alterius cauſâ:* & addit: *hoc videtur verum, ſi conſilium habuit effectum vel habere debuit: ut quod erat deciſivum, commiſſum ſibi per magiſtratum, qui tenebatur illud ſequi ex formâ ſtatuti.* Hinc ad propoſitam quæſtionem diſtinguo: Aut collegium Juridicum, à privato in quâdam cauſâ conſultum, de jure reſpondet, & nego illud hoc edicto teneri; licet aliâ actione propter dolum vel imperitiam conveniri poſſit. Aut vero ipſe judex reſponſum ab ejusmodi collegio petit, idque in judicando ſequitur; atque hoc caſu & propter dolum & propter imperitiam tale collegium in hoc edictum incidere colligo ex *d. l. 2.* Quamvis Buſius *in d. l. 2.* indiſtinctè ſtatuat, utiliter hoc edicto teneri JCtum, qui perperam conſuluerit. Hæc concernunt primum edicti uſum: in altero actio ex 7. hoc edicto derivata ſ. retorſio datur in magiſtratum, condentem ſtatutum juri communi derogans eoque in alium magiſtratum ejusve ſubditos utentem. Vid. *aph. 5. exeg. num. 16. & aph. 8. exeg. in f. n.*

## Aphor. IIX.

### Ex poſteriori edicti parte adverſus eum datur actio, qui jus iniquum poſtulatione ſuâ dolo impetravit.

*Summaria.*

1. *Datur contra eum qui poſtulatione ſuâ impetravit jus novum.*
2. *In dubio creditur conceſſum ad poſtulationem.*
3. *Inde deducitur contra Zaſium in propoſito exemplo non eſſe locum retorſioni.*

*4. Filiifam. impetratio juris novi non nocet patri.*
*5. Procurator non tenetur hoc edicto, ſed dominus.*
*6. Neq; hic tenetur, ſi non juſſerit vel acceptaverit.*
*7. Procurator in rem ſuam tenetur.*
*8. Advocatus etiam non tenetur.*
*9. Tutores & curatores ipſi tenentur: non pupillus minorve.*
*10. Licèt hic inde locupletior effectus.*
*11. Fidejuſſori obſtat jus novum impetratum à principali; ſed non principali impetratum à fidejuſſore.*
*12. Uſus hodiernus.*

1. *l. 3. pr. h. t. add. th. aph. 5. exeg.* Requiritur autem, ut quis poſtulatione ſuâ impetraverit *d. l. 3. pr.* uti communiter hic textus à Dd. intelligitur. (Licèt aliam explicationem afferat Bachov. *in d. pr.*) Etenim ſi non poſtulante parte litigante, magiſtratus motu proprio jus iniquum ſtatuerit, magiſtratus quidem hoc edicto coërcetur, ſed non impetrans, etiamſi eo jure utatur. Phil, Deci-
2. us *in d. l. 3. pr. n. 1.* In dubio verò præſumitur conceſſum ad poſtulationem partis *arg. c. 23. de præb. in 6. in fin.* ubi add. Vivian. *Rat. Jur. Pontif.* Vid. Jaſ. *in d. l. 3. pr. n. 2. & ſeqq.* Decium *d. l. n. 5. & ſeqq.* Illuſtrari hæc res poteſt hoc exemplo: heredi ſingulare beneficium conficiendi inventarii ab imp. Juſtin. eſt conceſſum, & quod intra tempus ad conſcriptionem inventarii datum non poſſit à credi-
3. toribus hereditariis conveniri *l. ult. C. de jure delib.* Hinc non datur debitoribus hereditariis, conventis ab herede intra illud tempus ex hoc edicto exceptio; quia illud jus non fuit conceſſum ad poſtulationem partis, ſed ipſa lex in favorem heredis hoc indulget, adeoque in ejusdem præju-

præjudicium detorqueri non debet. Bartol. *in d. l. f. 9. donec. 11.* Jaſon. *in l. 3. pr. h. t.* Perez *in C. d. t. n. 11.* Peckius *de jure ſiſt. c. 4. n. 3.* Guil. Anton. de Freundeberg *de induc. morat. t. 9. concl. 52. n. 28.* Vid. Joh. Aloyſ. Catalanus *tract. crimin. de amneſt. abolit: & indult. c. 1. n. 119. & ſeqq.* Diſſentit Zaſius *in d. l. 3. pr. circ. fin.* qui in allegato jam exemplo admittit retorſionem, & hanc naturam illius privilegii exigere dicit. Porro notandum hic (I.) *de filiof.*, quod, 4.
ſi is iniquum jus impetret contra creditores, non noceat patri, ita ut debitores patris id contra eum retorquere nequeant *arg. l. 3. §. 4. h. t.* Non enim eſt æquum patris conditionem ex delicto filii fieri deteriorem. Zaſius & Bachov. *in d. §. 4.* (II.) *De Procuratore*, quod, ſi hic poſtu- 5.
laverit & impetraverit iniquum jus, domino ſpecialiter mandante aut ratum habente vel reipsâ acceptante, eodem jure ſolus dominus utatur (etiam ipſo procuratore poſtulante) *l. 3. §. 1. h. t.* Add. Bart. *in d. §. 1.* Nec obſtat *l. 1. §. 13. de vi & vi arm.* quia ibi delictum verè eſt commiſſum à procuratore, adeoque propter illud ipſe tenetur. Ut verò pœna hujus edicti locum habeat, neceſſe eſt, impetraverit quis jus, ut ipſe uteretur in ſuum e. g. creditorem; quod de procuratore dici non poteſt, qui tantùm alio mandante impetravit jus, quo alius in ſuum creditorem uti poteſt. Hinc conſtat, quod ſi non præceſſerit 6.
ſpecialis domini juſſus, nec ſecuta ratihabitio, aut reipsâ acceptatio, quod tunc impetratio illa nec domino nec procuratori noceat. Sin verò procurator ſit in rem ſu- 7.
am datus, is meritò hoc edicto tenetur *d. l. 3.* ubi add. Jaſon Zaſium. Quod de procuratore diximus, etiam in ad- 8.
vocato obtinere. Alex. de Imola *in d. l. 3. n. 16.* Alb. de

Roſate *ad l. 1. §. 1. h. t. n. 22.* tradunt, ita ut ejus patrocinio impetrata ſententia iniqua in ipſum retorqueri nequeat, eò quòd inde non ſentiat lucrum, ſed cliens, & quòd hujus nomine ſententiam iniquam impetrare videatur *l. 1.*
9. *C. de err. advoc.* (III.) *De Tutoribus & curatoribus*, quod, ſi nomine pupillorum aut minorum impetrent jus novum, ipſi hoc edicto coërceantur *d. l. 3. §. 1. h. t.* quod ſingulariter ita ſtatutum propter favorem pupillorum & minorum. Licèt enim illi ſuo nomine nihil impetraverint: quia tamen ipſi jure iniquo nomine ſubjectarum perſonarum, quæ tutoris vel curatoris autoritate innixæ, deliquiſſe dici nequeunt, uſi ſunt, vel certè, ut uterentur impetràrunt, adeoque injuria habuit effectum: hinc meritò ipſi tutores & curatores, vicem gerentes pupillorum minorum in impetrando & utendo illo jure, *l. 16. d. adm. tut.* etiam vicem eorundem gerunt in patiendo pœnam hujus edicti. Non verò dolum & temeritatem tutoris pupillo nocere oportet *l. 198. de R. J. l. 6. C. unde vi l. 3. 4. quan-*
10. *do ex fact. tut. vel cur.* Exiſtimat autem Zaſius *in d. l. 3. §. 1.* minores & pupillos pati debere retorſionem juris novi impetrati à tutore vel curatore, ſi inde locupletiores effecti ſint, *arg. l. 15. pr. de dol. mal.* Quod non admittendum videtur. Licèt enim aliàs fraus tutoris noceat pupillo, qui eâ locupletior effectus, *l. 3. quand. ex fact. tut. & cur.* iniquũ tamen eſſet eum hoc edicto punire. Nocere enim *in d. l. 3.* dicitur pupillo fraus tutoris, quia lucrum ipſi injuſtum auferri poteſt; pœna autem hujus edicti ſæpe lucrum excedit; atque ita pupillus, ſi illâ adſtringeretur, damno afficeretur ex temeritate tutoris, contra *d. l. 6. C. unde vi.*
11. (IV.) *De fidejuſſore*, quod contra eum detur retorſio juris

novi

novi impetrati à reo principali; non verò incidat in hoc edictum reus principalis propter impetratum jus novum à fidejuſſore *l. 3. §. 3. h. t.* Qui textus ut eò meliùs intelligatur, duos, quos continet, caſûs ſeparatim conſiderabimus: quorum primum ita formo: Sejus à Titio, v. c. ex mutuo, centum accepit & fidejuſſorem dedit Mævium. Idem Sejus, cum conveniret in judicio ſuos debitores, à Prætore impetravit purum judicium, ne quispiam aliquâ uteretur exceptione, ſed ut ſine exceptione ſolverent. Poſteà contra Mævium fidejuſſorem ex ſtipulatu agit Titius; Mævius oppoſuit exceptionem: & dicitur hîc, exceptionem vi hujus edicti non eſſe admittendam, ſive reus principalis, ſive fidejuſſor opponat: etſi interdum ex accidenti contingat, injuriam h. e. damnum fidejuſſorem ſolvere coactum, non admiſsâ propter retorſionis jus exceptione, pati, ſi nimir. inopia debitoris actionem mandati, quam contra iſtum habet, reddat inanem: quod damnum ipſi non accidiſſet, ſi licuiſſet opponere exceptionem pacti e. g. de non petendo, quòd à reo principali initum, ipſi quoque profuiſſet. Alter caſus eſt hic: Cajus impetravit jus iniquum contra ſuos debitores, ut ſine exceptione ſolverent; hic convenitur ut fidejuſſor à creditore Sempronii: & dicitur *in h. l. verſ. ſi tu.* Cajum fidejuſſorem non poſſe uti exceptione contra creditorem Sempronii; ad ipſum verò Sempronium reum ſc. principalem pœnam fidejuſſoris non pertinere, ſed rectè eum exceptione uti: & cum fidejuſſor ſuâ culpâ jus accipiendi ex pacto rei ſibi aliàs quæſitum, amiſerit, ſi à creditore rei principalis conventus ſolverit, hunc non habere actionem contra illum reum principalem. Conf. Fulgoſius, Jaſon, Zaſius,

Bacchovius, Petrus Coſtalius *in d. l. 3. §. 3.* Dn. Hahn. *not. ad* Weſenb. *h. t. n. 2. verb. ſi is pro quo ſpoſpondiſti.* Atque hæc ita quoad edictum illud ſtatuta ſunt. Hodie Retorſio non tantùm contra eum, qui jus iniquum poſtulatione ſuâ dolo impetravit, datur; ſed & contra quemcunque, in cujus civitate jus derogans juri communi obtinet, adeoque ab eo impetrari poteſt: modò id uſurpatum fuerit aliquando in eam quoque civitatem, quæ retorquet. Vid.
12. *aph. 5. exeg. circ. fin.* Unde videtur hæc retorſio deduci tantùm ex priori edicti parte, ut, quia civitas ſtatuit jus novum in alterius civem; ideo altera civitas retorqueat illud in in iſtam civitatem ejusve membrum.

## APHOR. IX.

Datur actio ex hoc edicto in heredes.

Tranſmittitur etiam hujus edicti pœna ad heredes.

*SUMMARIA.*

1. *Actiones ex delicto pœnales aliàs non dantur contra heredes.*
2. *Huius verò eſt alia ratio.*
3. *Decius exceptionem ſolum concedit contra heredem.*
4. *Cujus ſententia rejicitur.*

1. *l. 3. §. 5. h. t.* Licèt enim actiones ex delicto pœnales, qualis hæc quodammodo eſt, non dentur in heredes *l. pen.*
2. *ne nov. op. nunc. l. 33. de O. & A.* Quia tamen conſtitutio aut impetratio juris novi (quæ ut aliquod delictum hoc edicto coërcetur,) jura, quæ ſtatuenti aut impetranti competunt, qualitate quâdam afficit, ut in quibusdam eorum jus iniquum obtinere poſſit: ideò jura activa & paſſi-

paſſiva à defuncto relicta cum eàdem qualitate ad heredes tranſeunt. Bachov. *ad d. §. 5.* Actio enim & exceptio ex hoc edicto naſcitur ſtatim, ſimul ac ſtatutum aut impetratum eſt jus novum: adeoque jam incepit hujus edicti vis quoad actum primum in ipſo defuncto; licèt actu ſecundo in heredem exerceatur: & ſanè aliàs eludere hoc edictum poſſet impetrans vel ſtatuens, ſi actiones ſuas non inſtitueret, ſed eas heredi tranſmitteret. Nec poteſt imputari debitori, quod retorſionis exceptionem non deduxerit in judicium tempore vitæ creditoris, qui ſtatuit vel impetravit jus novum, quia in poteſtate rei non eſt ante excipere, quàm actor agat, *l. 5. §. f. de dol. exc.* Alex. Imola *in d. l. 3. §. 5. h. t.* Accedit in impetrantis herede, qvod ad eum commodũ ex impetratione perveniſſe videatur: alieno verò ſcelere ditari non convenit *l. 1. C. ex delict. def.* & heredis ſuccedentis in vitium par eſt habenda fortuna *l. 2. C. de fruct. & lit. expenſ.* Vid. Zaſius *ad d. §. 5.* & Buſius *ibid:* qui eleganter docet, *pœnas ad heredes non tranſire, regulare eſſe quando pœna non cœpit in perſonâ defuncti: ſi verò initium in defuncto cœpiſſet, contrarium dicendum eſſe per h. text. Et ſecludi meritò heredem jure eo, quod ipſi per defunctum eſt ademtum.* Decius quidem *in d. l. 3.* 3.
*§. 5.* diſt. ita, ut exceptio quidem ex hoc edicto contra heredem detur, non verò actio. Verùm quamvis verba 4.
finalia *d. §. 5.* loquantur de eo caſu, quo per exceptionem in heredem vis hujus edicti exercetur: priora tamen verba ſunt generalia, nec poſteriora reſtrictionis, ſed explicationis & exempli gratiâ ſubjiciuntur: & ex rationibus jam datis conſtat, nihil hic diverſum eſſe: Ita qui impetrat jus novum, ut ei ex nudo pacto detur actio; (quo exemplo

utitur Decius,) ſi idem pacto nudo alii quid promitteret: heres ejus rectè conveniri poſſet ob expoſitas ſupra rationes. Diſſ. Matth. Stephan. *de Idict. l. 1. c. 35. n. 32.*

## APHOR. X.

Ad quid detur.

Intenditur verò hoc edicto, ut magiſtratus vel litigans idem jus patiatur, quod ſtatuit vel impetravit in alium.

*SUMMARIA.*

1. *Pœna hujus edicti.*
2. *Pertinet etiam ad actiones poſt quæſitas.*
3. *Condictio non datur ei, qui omiſit exceptionem ex hoc edicto.*
4. *Hodiernæ retorſionis ſcopus.*

*l. 1. §. h. t.* Atque hoc vocatur pœna hujus edicti *in*
1. *l. 3. §. 2. 3. 5. 6. l. ult. h. t. & in l. 2.* dicitur puniri hoc edicto
2. dolus jus dicentis. Non ſolùm autem in his actionibus patitur quis hanc edicti pœnam, quas tunc habuit, cum incideret in edictum: verùm etiam ſi quæ poſtea ei ac-
3. quirantur. *l. 3. §. 6. h. t.* Alex. de Imol. *in d. §. 6.* Huc referri poteſt quæſtio: ſi conventus quis ab eo, qui vel ſtatuit, vel impetravit jus novum, omiſsâ exceptione, quæ competebat ex hoc edicto, & quâ retorquendo liberare ſe poſſet ab inſtitutâ actione, ſolverit, an detur ei condi-
4. ctio. Quod negatur *in l. 3. §. fin. h. t.* ideò, quod ſuperſit naturalis cauſa, quæ inhibet repetitionem. Hodie in eâ retorſione, quâ utitur civitas contra civitatem, intenditur, ut civitas, jus novum ſtatuens alterius civitatis civibus, idem jus ſibi dici patiatur: ne hæc cum alterius damno locupletetur. Vid. *Aphor. 12. 21. & ſeqq.*

APHOR.

## APHOR. XI.

Denique ſciendum, hoc edictum in cauſis criminalibus locum non habere. Non obtinet in criminalibus.

*SUMMARIA.*

1. *Criminalibus non convenit hoc edictum.*
2. *Neq; hodierna retorſio in iis obtinet.*

Oldendorp. *d. cl. 1. act. 1. rubr. ad fin. remedia num. 2.* 1.
Loquitur enim illud edictum de jure à magiſtratu ſtatutum & impetratum: magiſtratùs autem apud Romanos de civilibus tantùm cauſis jus reddebant. Vid. Sutholt. *Diſſ. de Jurisd. theſ. 182. & ſeqq.* Et ſi ejusmodi retorſio in puniendis delictis admitteretur, delicta vel impunita manerent, vel non congruâ pœnâ coërcerentur; atque inde ad facinora committenda ſubditi inſtigarentur. Unde nec hodie, ſi fortè quodam in loco injuſta delicto pœ- 2.
na ſtatuta ſit, retorſio fieri poteſt. Quod etiam ſtatuere videtur Elect. Auguſtus *in d. conſt. init. verb.* Bürgerlichen Sachen.

## APHOR. XII.

His ita ita explicatis, nunc exemplis quibusdam illuſtrabimus primò ipſum edictum: deinde in eodem fundatum jus retorſionis, quo hodie frequentiſſimè provincia vel civitas contra aliam retorquet ſtatutum à jure communi devium, ex quo hæc illius civibus jus dixit; ut juxta idem ſtatutum viciſſim cives hujus civita- Exempla ad hoc edictum pertinentia duplicia proponenda.

tis patiantur jus ſibi dici in alterâ illâ civitate ſeu provinciâ.

Vid. *Aph. 5. exeg. n. 1. & 10.* ubi duplicem hujus edicti uſum oſtendimus, de quo ut apertiùs conſtet, quædam utriusq; exempla inſpiciamus.

## APHOR. XIII.

I. Exemplum prioris generis ſeu ipſius edicti.

Prioris generis exempla ſunt: (I.) Si quis impetraret, ut ſibi liceret factam venditionem reſcindere; eodem jure contra ipſum uti aliis liceret.

*l. 7. C. de reſc. vendit.* add. *aph. 6.*

## APHOR. XIV.

II. (II.) Quod major pars capituli noviter & iniquè ſtatuit privatæ utilitatis causâ in cæterorum vel etiam pòſt ad capitulum pervenientium damnum, id minor pars, vel pòſt ad capitulum pervenientes poſſunt retorquere in ſuam utilitatem.

*arg. c. 6. de conſt.* qui textus huic edicto inſiſtit, dum dicitur: *cum quod quisq; juris in alterum ſtatuit, ipſe debeat uti eo: & ſapientis dicat autoritas: patere legem, quam tu ipſe tuleris.* Add. Felinus & Vivianus *in d. c.*

## APHOR: XV.

III. (III.) Contra debitorem impetrantem inducias moratorias, ejusdem debitores iisdem uti poſſunt.

*1. Con-*

SUMMARIA.

*1. Conciliantur diverſæ hâc de re ſententiæ.*

Ita tradunt Matth, de afflict. *deciſ.66.* Card: Tuſchus *pract. concl. tom. 1. lit. c. concl. 489. n. 28. & tom. 6. lit. q. concl. 49. n. 6.* Aloyſ. Riccius *collect. deciſ. part. 1. collect. 8.* Matth. Brunus *tr de ceſſ. bonor. quæſt. 17. principal. n.* Berlich. *d. concl. 51. n. 10.* Dn. Carpzov. *d. P. 3. c. 38. def. 1. n. 17.* Diſſentiunt Anton. Faber *in Cod. l. 1. tit. 9. def. 19.* Matth. 1. Coler. *de proc. exſec. part. 1. c. 4. n. 14.* Gulielm. Anton. *d. tr. de reſcript. morat. tit. 9. tot. concl. 52.* ad horum diverſas ſententias conciliandas, ex *tit. 23. §.* Wann auch Policeyordn. zu Franckfurt. *A. 1577. junct. th. 61. exeg. verſ. cæterum.* diſtinguendum exiſtimo inter debitorem, qui caſu ad ſummam inopiam redactus, inducias eâ mente impetravit, ut intereà temporis vires patrimonii recolligere & ſuis creditoribus ſolvere poſſet; & inter eum, qui vel ſuâ culpâ in paupertatem incidit, vel in fraudem creditorum inducias illas impetravit. Priori caſu non dari retorſionem æquum eſt, niſi (1.) & ipſe debitor ab eo, qui hoc privilegiô munitus eſt, conventus absque ſuâ culpâ ſolvendo non ſit. Vel (2.) ipſe creditor debitori iſti privilegiato debeat. Vinc. Carozius *tr. de rem. contr. præjud. ſent. exc. 168. n. 8.* Anton. *d. concl. n. 51.* Exceptio enim compenſationis vel retentionis debitori iſtiusmodi privilegiato rectè opponi poteſt Anton. *d. tr. tot. concl. 53.* Poſteriori caſu locus eſt retorſioni. Dixerim autem ferè præſumi in fraudem creditorum iſtiusmodi inducias impetratas, cum iſtæ jus alteri quæſitum impediant, & debitorum maxima eſſe ſoleat cura ſolutionem tergiverſari: ſicuti

ipſe Antonius *d. concl. 52. n. 38.* perverſum plerorumque debitorum ingenium graphicê depingit.

APHOR. XVI.

IV. (IV.) Contra judicem invalida inſtrumenta admittentem ſimilia produci poſſunt.

Addit. ad Bald. *in l. fin. C. ſi cert. pet. lit. b.* Jaſon *in l. 1. quod quisq. jur. n. 9.*

APHOR. XVII.

V. (V.) Magiſtratui apud Romanos denegabatur actio ſeu non non poterant magiſtratûs convenire quendam per annuum tempus, quo erant conſtituti: inde & ipſi conveniri non poterant ab aliis.

*SUMMARIA.*

*1. Non hoc obtinet ob eam cauſam, quod magiſtratûs ſint.*

*2. Sed ex jure retorſionis.*

*l. 48. d. judic.* Non id datur magiſtratui ob eandem
1. cauſam, quâ illi per idem tempus denegatur actio. Denegatur enim; quia jure metuitur eorũ potentia, & gratia, à quibus periculum eſt, ne quid deterius ſtatuatur injuria adverſus inferiorem adverſarium. Nihil ſimile metuimus, cum privatus adverſus magiſtratum agere inſtituit. Nulla enim privata potentia eſt, quæ infeſta eſſe poſſit magiſtratui. Sed nec metuendum, ne qua hic injuria fiat privato, ſi actionem adverſus potentiorem inſtituat: quoniam ſi is potentiam magiſtrat us metuit, eſt in ejus poteſtate non agere, etiamſi m aximè magiſtratus conditione perſo-

perſonæ coveniri poſſet. Si nihilominus agit, de ſe queri debet, nec videri poteſt volenti, & periculum ultrò in ſe ſuſcipienti fieri injuria. *l. nemo videtur. D. de reg. jur.* Remota igitur hic omni injuriæ ſuſpicione, ſi magiſtratus 2. quamdiu in magiſtratu eſt, conveniatur, non alia videri poteſt denegatæ adverſus magiſtratum actionis ratio, quam hæc, quod ſi denegatur magiſtratui actio adverſus privatos, non ſit iniquum, ut privati idem jus & adverſus ſe admittant, ne & ipſis ſit actio per idem tempus adverſus magiſtratum. Videturque pertinere hujus rei ratio ad illam æquitatem edicti Prætorii, quâ placet, quod quisq; juris in alterius perſona æquum eſſe crediderit, ut id in ſuâ quoque perſonâ valere patiatur. *l. 1. D. quod quis.* Donell. *l. 17. comm. cap. 5. in fin.*

## Aphor. XIIX. VI.

VI. Judæi die Sabbathi ac aliis, quibus cultûs ſui reverentiam ſervant, non poſſunt conveniri: nec ipſi iſtis diebus Chriſtianos convenire poſſunt.

*l. die Sabbathi. 13. C. de Judæ.* Dn. Brunnemann. *in d. l. 13.* Add. Marq. d. Suſann. *tract. de Judæ. part. 1. cap. 3. numer. 17.* Peck. *in cap. 62. d. R. J. in VI.*

## Aphor. XIX.

(VII.) Referri ad hoc edictum ſolet: Si quis VII. ex privilegio immunis ſit à præſtatione expenſarum litis vel minores agnoſcat, & is agens contra alium vincat, tunc hic eodem jure utitur.

*l. 12. C. de prox. ſacr. ſcrin. l. ult. C. de fruct. & lit. exp.* ubi ratio redditur hæc: *quoniam non eſt ferendum, eos, qui præfatas prærogativas prætendunt aliquid plus ab adverſariis ſuis quærere concedi, quam ipſi ab aliis pulſati facere patiantur.* Add. Jaſon. *in l. 3. quod quisq; jur. n. 2.* Decius *in d. l. 3. h. t. n. 8.* Chriſtin. *vol. 5. deciſ. belg. 120. n. 24. 25. 26.* Donellus *l. 24. c. 21.*

## APHOR. XX.

VIII. (IIX.) Convenit quoque huic edicto, quod modus procedendi impetratus ab actore in causâ conventionis poteſt retorqueri à reo, ut eodem modo expediatur reconventio. Similiter ſi actor obtinuerit contra reum, ut in causâ civili judicio ipſemet intereſſet, neque per procuratorem comparendi licentiam haberet: reus petere poteſt, ut etiam actor ipſemet compareat.

*SUMMARIA.*

1. *Retorquetur proceſſus conventionis in reconventione.*
2. *Reconventio continet retorſionem.*
3. *Libello utens, contra ſe valeat, neceſſe eſt admittat.*
4. *Idem obtinet in inſtrumento.*
5. *Pars deferens non poteſt recuſare juramentum.*
6. *Dominus non poteſt viciſſim exigere juramentum calumniæ à vaſallo.*
7. *Contra tutorem retorquetur, quod cum creditoribus hereditariis pupilli egit.*

*arg. c. ult. de mut. petit.* Add. 1. Gloſſ. *in clem. ſæpe. de V. S.* Mynſing. *3. obſ. 4.* Honor. *comp. jur. can. l. 2. t. 1. n. 25. in fin.* Eleganter rationem *d. c. ult.* reddit & dubium, quod oriri poſſet, ſolvit Joh. Bapt. Vivianus his verbis: *Sapientis enim dicit autoritas: patere legem quam ipſe tuleris. Nec obſtat quod inducta ad favorem non ſint retorquenda in læſionem l. quod favore. C. de LL. quia illud procedit, quando princeps proprio motu in favorem aliquod jus concedit, puta minoribus vel Eccleſiis: ſecus ſi illud ſit conceſſum ad inſtantiam partis impetrantis, ut hîc. Nam tunc actoris & rei debet eadem eſſe conditio.* Huc pertinet, quod Jaſon *in l. 3. pr.* 2.
*d. t. n. 15.* reconventionem ſpeciem retorſionis dicit: & Zaſius *in l. f. h. t.* ait, reconventionem eſſe in effectu retorſionem. Quò faciunt verba *l. 14. in fin. C. de ſent. cujus in agendo obſervat arbitrium, eum habere & contra ſe judicem in eodem judicio non dedignetur*: & quod reconvenire *P. 3. tit. 30. ord.* Cam: ſit **in das Widerrecht verfaſſen.** Sub- 3.
jiciemus hîc etiam ad generalem illius edicti rationem pertinentes caſûs, quibus quis id, quod in judicio vel aliâs quocunque modo in ſuâ perſonâ æquum eſſe credidit, id etiam alteri tribuere jubetur. Ita qui libello utitur pro ſe, pati debet, ut & contra ſe valeat: ſed hoc verùm, niſi producens proteſtetur de ſuperfluo. Weſenbec. *parat. h. t. n. 3. ibiq;* Dn. Hahn. *not.* Item qui inſtrumento utitur in 4.
ſuâ cauſâ, idem adverſarius contra eum allegare poteſt. Idem obtinet in teſtibus. Vid. *l. 17. C. de teſtib.* Sic etiam 5.
pars, quæ defert juramentum, non poteſt illud ſibi relatum recuſare. Add. Vivian. *in c. 36. de jurejur.* Similiter 6.
ratio hujus edicti adhibetur *2. f. 33. §. 1.* ut, cum ſacramentum calumniæ vaſallus à domino exigere non poſſit, etiam

iam dominus nequeat idem exigere à vaſallo: *ut quod quisq́; juris in alium ſtatuit, ipſe eodem jure utatur.* Add. Matth. de afflict. *in d. t. 33. de conſuet. rect. feud.* §. *in quibus. 1. n. 12.* Herm. Vultei. *L. 2. de feud. c. 3. num. 7. & ſeqq.* Finckelthaus *Diſput. feud. 11. contr. 19.* Rut. Rulant. *de commiſſ. P. 1. l. 2. c. 14. n. 12.* ubi hanc diſpoſitionem feudalem *in Camerâ non obſervari veriùs putat.* Vid. etiam eleganter
7. hoc reputans Donellus *l. 24. comm. c. 21.* Non alienum hinc eſt & hoc, quod, ſi tutor cum creditoribus hereditariis pupilli, qui in eo eſt, ut velit propter æs alienum hereditate abſtinere, decidit, ut certam portionem acciperent, idem tutor, ſi etiam creditor patris ſit, eâdem parte contentus eſſe debeat, utpote qui cæteros ad portionem vocaverit. *l. 44. de pact. l. 59. de adm. tut.*

## APH. XXI.

Denique (IX.) hîc adjicimus: Quoties in diſceptatione conſtiterit iniquè diſcuſſionem (*h. e. æſtimationem patrimonii, ſec. quam cenſus imponendus.*) fuiſſe confectam, & fidem facti non poterit approbare diſcuſſor: ipſe in eodem titulo, & in eodem modo ad ſolvendum protinus urgeatur, in quo alterum perperam fecit debitorem: h. e. ipſe tenetur ſolvere eam quantitatem cenſûs, quæ excedit juſtam æſtimationem.

*l. 1. C. d. diſcuſſor. conf. Nov. 7. c. 5.* §. *1.* Brunnemann. *in d. l. 1.* Chriſtin. *vol. 5. dec. Belgic. vol. 5. dec. 23.* Quamvis verò Simon à Groenevvegen *tract. de Legib. abrogat. &*

*inuſi-*

inuſt at. add. l. 1. notet. dictiorem ex erroneâ æſtimatione hodie non teneri: meritò tamen iniquos æſtimatores etiam hodie puniendos eſſe dicendum eſt.

## APHOR. XXII.

Poſterioris generis exempla ſunt: (I.) Si quæ civitas aut provincia hereditatem vel totam vel ex parte non permittit transferri in aliam; rectè hæc contra iſtam eodem jure utitur.

Poſterioris uſus exemplum: nim. retorſionis diverſorum in provinciis aut civitatibus Jurium: I.

*SUMMARIA.*

*1. Ita retorquetur jus detractionis.*
*2. Pars detracta cedit fiſco.*
*3. Reſpondetur Thomingio.*
*4. Perſonæ quæ excluduntur in loco quodam ab hereditate, ex alio rurſus excluduntur:*
*5. Quæ civitas excludit peregrinos ejus cives rurſus non admittuntur.*
*6. Sic & jus Albinagii retorquetur.*

*Part. 1. conſt. Elect. ult.* §. **und iſt demnach.** Conf. Scheplitz. *in conſuet. Marchic. p. 3. tit. 1. §. 5. 6. n. 1. & tit. 6.* 1.
*§. un.* Si igitur in quâdam civitate jus detractionis, (**der Abzug**) receptum ſit, ut hereditates aut legata ad alia loca non transferre liceat, niſi quædam portio detrahatur & fiſco applicetur: tunc alia civitas (modò illa contra hanc jus iſthoc exercuerit, ut monitum *aph. 1.* quod in his exemplis inde repetitum volumus) contra illam idem jus retorquere poteſt, & ſimliter partem detrahere de hereditatibus ac legatis illuc transferendis. Berlich. *part. 3. concl. pract. 51. n. 37.* Sic in Collegio noſtro Juridico ad conſultationem D. F. **zu** S. Menſ. Mart. An. 1664. reſponſum eſt: **Als**

 **ihr**

ihr uns berichtet/was Geſtalt vor ohngefehr 17. Jahren/ durch tödtlichen Hintritt eurer Sel. Muhmen/ mit der ihr Geſchwiſter Kind geweſen/ vermöge eines auffgerichteten und publicirten Teſtaments dero Erb- und Verlaſſenſchafft/und unter ſolcher 5000. Capital ſo bey dem Rathe zu E. geſtanden/ auff euch gekommen/und als ihr nachgehendes gedachtes Capital auffheben wollen/hätte es ſich befunden/ daß bey Entrichtung deſſelben euch/ in deme ihr zwar unter Ihrer Fürſtl. Durchl. zu G. wohnhafftig/ in dem E. Gebiete aber mit unterſchiedenen Gütern/ſo wohl in der Stadt/als auff dem Lande geſeſſen/ von Hunderten Fünffe Jure detractionis alles Einwendens ohngeachtet/ abgezogen und inne gehalten worden/ Nun were vor ohngefehr anderthalb Jahren einer euerer Unterthanen zu S. ſo ziemlich begütert geweſen/ verſtorben/und vier Kinder hinter ſich gelaſſen/ von denen Drey unter den E. Gebiethe wohnen/ und dem vierdten Bruder gegen Empfang eines gewiſſen Geldes die Väterliche immobilien zugeſchlagen/ das verhandene Getreydig aber und andere Fahrnüs unter ſich vertheilet/ und ieder wieder ſein Theil ſampt der Angabe des Kauffgeldes weg und aus euren Gerichten geführet hätten/und ob ihr wohl bey damahliger Abtheilung ebener maßen pro ratâ des aus euern Gerichten abgeführten Erbgutes das Abzug-Geldt gefordert/hättet ihr biß dato die Erben zu keiner gewiſſen reſolution bringen können. Wann ihr dann hierüber euch des Rechtens zu berichten gebeten/ demnach ſprechen wir vor Recht/ woferne auch in dieſem Fall von

von den Kindern / ſo das Abzug-Geldt zu E. gegeben und genommen wird / So ſeyd ihr daſſelbe auch in gleichen Fällen von den E. Unterthanen zu fordern befugt/V.R.W. Sed quæritur: an pars iſta detracta 2.
heredibus obveniat aliis in loco illo, contra quem exercetur jus retorſionis, non viventibus; an vero cedat magiſtratui? Poſteriùs affirmandum puto cum Andr. Rauchbaro *quæſt. jur. civ. part. 2. q. 19. n. 8.* Berlichio *d. l.* Nec 3.
obſtat text. *d. conſt. Elect.* §. dieweil *verſ.* jedoch nicht der Geſtalt. quo in contrarium moveri videtur Jac. Thomingius *deciſ. 26. n. 43. in fin.* Loquitur enim ille de iis rebus, quæ in illâ civitate, ubi tale jus iniquum uſurpatur, heredibus acquiruntur: cum verò hoc, quod detrahitur fiſco, ibi applicetur, meritò etiam idem retorquentis civitatis fiſco cedit. Porro ſi perſonæ quædam planè excludan- 4.
tur ab hereditate, eædem alio in loco rurſus excludi poſſunt: ſic cum in Angliâ referente Jacobo Sculteto *quæſt. pract. 6.* collaterales advenæ etiam fratres & ſorores non admittantur ad ſucceſſionem, viciſſim Anglos collaterales alibi non admitti juſtum eſt. Similiter cum, teſtante 5.
Jacobo Thomingio *d. dec. 26. n. 6.* in Bohemiâ noſtris civibus non deferantur hereditates; idem juris hîc in ejus cives rectè ſtatuetur. Sic & in Galliâ eſt jus Albinagii, vi- 6.
gore cujus hereditates peregrinorum fiſco cedunt: Eoq; caſu uſq; eſt, ut talionis jus erga illius regni ſubditos uſurpetur. Hartm. Piſtor. *obſ. 43.* Beſold. *theſ. pract. voc.* Abeſchoß *in fin.*

## APHOR. XXIII.

(II.) Jus geradæ & rerum expeditoriarum rectè retorquetur contra utentes eo jure.

SUMMARIA.

*1. Deficiente cognatâ, gerada cedit fiſco: hoc jus ergo alibi contra utentes geradâ retorquetur.*

*2. Sic & cognatæ adjudicatur gerada retorquendo.*

*3. Et res expeditoriæ agnato.*

*arg. d. conſt. fin.* Cum igitur deficiente cognatâ jure
1. Sax. res ad geradam (de quâ latè agit Dn. Burchardus Berlichius Conſiliarius Electoralis Saxonicus meritiſſimus, ſocer meus venerandus *tract. de Jur. Novercar. part. 2. art. 2. ſect. 6. num. 672. & ſeqq.*) pertinentes fiſco cedant, & deficiente agnato res expeditoriæ eidem applicentur, quod jus etiam in exteros in locis ubi gerada viget, ſuccedentes uſurpatur ita, ut, ſi non adſint cognatæ, gerada cum aliis rebus hereditariis non concedatur: ſin non adſint agnati, res expeditoriæ denegentur. Hoc exteros illos rectè retorquere, &, ſi caſus ejusmodi obveniat, quo utentes aliàs geradâ in illis locis ſuccedant, geradam & res expeditorias poſſe denegari exiſtimo. Add. Dn. Carpzov. *I. R. S. P.*
2. *3. conſt. 38. def.* Similiter ſi hereditas eo in loco, ubi jus commune uſurpatur, ſit dividenda inter cognatos in Saxoniâ viventes, ubi jus garadæ obtinet, & cognatam, quæ iſto in loco eſt; jure retorſionis gerada non venit in diviſionem, ſed cognatæ adjudicatur.
3. Idem obtinet in rebus expeditoriis, ut proximo agnato illæ etiam tribuantur in præjudicium eorum, qui vivunt in Saxoniâ.

## APHOR. XXIV.

III. (III.) Qui locus utitur ſtatuto vel conſuetudine, ne inde in totum vel pro parte res ad geradam pertinentes aliò transferantur; ad eundem

dem locum iſtæ res vel omninò non vel ex parte transferuntur.

*SUMMARIA.*

1. *Illuſtratur hoc exemplum præjudicio.*
2. *Confirmatur ratione.*
3. *Volunt nonnulli retorſionem non obtinere contra civitatem Saxonicam, quæ geradâ planè non aut tantum nifftelgeradâ utitur.*
4. *Alii rectiùs affirmant.*

*d. conſt. ult.* Dan Moller. *comm. ad d. conſt. n. 5.* Goldbeck. *tr. de jure gerad. c. 9. n. 47. & ſeqq.* Dn. Carpzov. *d. P. 3. conſt. 38. def. 2.* Et *def. 3.* cui annectit hoc præjudicium theſin noſtram maximè illuſtrans. Dieweil aber dennoch bemelte Anna der verſtorbenen Schweſter unter des Raths zu Dölitzſch Gerichten ſäßhafftig/ nach deſſen hergebrachten Statuten und Gewonheit aber/ aus den Stadtgerichten keine Gerade noch Heergeräthe in die Ambtsgerichte gefolget wird/ ſo ſeyd ihr euch auch von wegen des Ampts geſtalten Sachen nach des juris retorſionis gegen ſie zu gebrauchen wol befugt. 1.

Cum enim iſtiusmodi in loco aliàs jus geradæ inter cives obtineat; excluſione extraneorum jus novum & devium ab illo jure, quod hoc caſu juris communis locum obtinet, in fraudem extraneorum ſtatuitur, & ideò meritò retorſio exercetur, atque illius cives viciſſim tanqum extranei excluduntur. 2.

Sed maximè eſt controverſum, an contra eam civitatem Saxonicam, in quâ jus geradæ planè non, nec inter cives ejusdem, obtinet, aut verò pauciores res ad geradam pertinent, ut 3.

quibusdã locis eſt, quæ nifftelgerada vocatur, retorſio locũ habeat, ita, ut ejus civibus ſuccedentib9 in civitate, ubi aliàs viget gerada, hæc non: vel tantùm nifftelgerada adjudicetur. Negant hoc Virg. Pingitz. *ill. qu. Sax. 33.* & Hartm. Piſtor. *ſing. obſerv. 43.* ob has potiſſimùm rationes; (1.) quia retorſio in odium eorum introducta, qui contra juris communis regulas novi âliquid perperam ſtatuunt; tantùm verò abeſt, ut ſtatutum tollens vel minuens geradam iniquum ſit, ut potiùs juris Saxonici iniquitatem ad æquitatem magis reducat, quia ſatis durum videtur in ſucceſſionib9 magis favere fœminis quâm viris. (2.) Quod verò exteri, (ut Diebenſes) in civitate e. g. Hallenſi (ubi illiusmodi ſtatutum eſt, uti & Lipſiæ) ſuccedentes minus percipiunt, quâm civis Hallenſis in aliâ civitate (ubi integra gerada obtinet) ſuccedens, id neque in hujus neque in illius odium aut favorem fit, ſed jure, quod in loco ubi ſuccedere vult, viget, quodque tam civibus quâm peregrinis commune eſt: quo quivis ſuccedens contentus eſſe debet; accedente (3.) tacitâ voluntate defuncti, qui ab inteſtato ſuccedens bona ſua ſecundùm ſtatuta loci, ubi ea ſita ſunt ad proximos heredes tranſmittere

4. voluiſſe præſumitur: &c. Affirmant Jac. Thoming. *deciſ. 26.* Berlich. *part. 3. concl. 51. num. 15. 16.* Dn. Carpzov. *d. conſt. def. 4.* Quorũ ſententia defendi poteſt hoc modo: ſemper fundamentum retorſionis ponendũ eſt declinatio à jure communi quod etiã rectè Pingitz. *d. l.* obſervat: cum verò jus Saxonicum reſpectu illarum civitatum, iſto jure communiter utentium, habeat ſe ad inſtar juris communis; uti quoque tradit Pruckm. *v. 1. conſ. 31. num. 2.* Goldbeck. *de jur. ger. c. 2. num. 19.* Dd. *in l. omnes populi*

*de I.*

*de I. & I. A. CX. conſ. 42.* ideò, quæ illarum civitatum contra jus Saxonicum ſtatuit, contra jus commune, & iſto reſpectu, novum ac iniquum jus ſtatuit: & conſequenter retorſioni eſt locus. Manifeſtiùs hoc apparet in illis ſtatutis, quæ non planè tollunt geradam, ſed minuunt, & tantùm nifftelgeradam cognatæ concedunt. Diſponunt enim hæc de geradâ, quæ juris communis Saxonici eſt, non juris aliàs communis: unde ad hoc jus, cui jus geradæ planè in cognitum, hoc caſu non eſt reſpiciendum. Atque de hujusmodi quoq; ſtatutis potiſſimùm loquuntur Dd. affirmativam amplectentes. His ita ſuppoſitis facilis eſt ad contrariæ ſententiæ rationes reſponſio. Jung. *d. conſt. 28.* §. **und iſt demnach.**

## Aphor. XXV.

**(IV.) Si res expeditorias civitas aliqua vel planè, vel ex parte alterius loci civibus deneget; hîc eædem res eodem modo retinentur.** IV.

*Summaria.*

1. *Cedunt hæ res expeditoriæ heredibus ſi ibi adſint.*
2. *Aliàs magiſtratui ſeu fiſco.*

*d. conſt. ult. ibiq;* Moller. *num. 5.* Dn. Carpzov. *d. conſt. defin. 22. num. 1. 2. 3.* Dn. Rennemann. *cit. tract. de retort. contr. verb. injur. præf. theſ. 2. lit. b.* Cæterum in hoc & præcedenti exemplo quæritur: ſi jure retorſionis iſtiusmodi res retineantur, an magiſtratui illæ cedant, an verò aliis heredibus debeantur? Quod expreſſè deciſum *in d. conſt.* in quâ diſt. an præter eos heredes degentes in locis, contra quæ retorquetur jus iniquum, ſint alii 1.

vel

vel coheredes, vel his deficientibus, illis proximi; an verò aut nulli adſint heredes; aut omnes ibi domicilium habeant, ubi exercetur iſtud jus iniquum. Priori caſu res illæ, non cedunt magiſtratui, ſed heredibus illis ſecundùm legitimum ſuccedendi modum, vel etiam ſecun-
2. dùm ultimam defuncti voluntatem tribuuntur. Poſteriori caſu ad magiſtratum pertinent, & quidem illum, qui altam, ut loquuntur, habet Jurisdictionem, **die Ober-Gerichte.** Conf. Rauchbar. *L.2. quæſt.19.* Goldbeck. *d. tr. de jur. gerad c.9. num.55. & ſeqq.* Berlich. *d. concl.51. n.33. & ſeqq.* Dn. Carpzov. *d. conſt. defin.11. & ſeqq.*

## Aphor. XXVI.

V. (V.) Si regio aut civitas excludat à nundinis ſuis mercatores alterius civitatis: hæc viciſſim à ſuis nundinis mercatores illius civitatis arcebit.

Ejusmodi retorſionem concedit **Fürſtl. Braunſchweig Lüneb. Land-Tags-Abſchied zu Saltzdalum** 3. Jun. Anno 1597. §. **zum fünff und vierzigſten** / cujus verba, cum hoc jus dilucidè explicent, non pigebit adſcribere: **Zum fünff und vierzigſten wird für unrecht und unbillich erachtet / daß man ausländiſche Kramer und Handwercker zu den inländiſchen Jahrmärckten und Kirch-Meſſen geſtattet / und dagegen die inländiſchen von den ausländiſchen auſſerhalb Fürſtenthumbs von gleichmeßigen Jahrmärckten und Kirch-Meſſen / inmaßen ſich etzliche unterſtanden / zu rück weiſen laßen ſolte / und iſt demnach von dem Gnädigen Landes-Fürſten S. F. Gn. Unterthanen / krafft**

dieſes ausdrücklich frey gelaſſen/ und ſie damit privilegirt, daß ſie die Jenigen/ welche ſie auſſerhalb S. F. Gn. Fürſtenthumben zu ihren Jahrmärckten nicht geſtatten wollen/ innerhalb Fürſtenthums/ ſo wenig in/ als für den Städten/ hiernechſt auch nicht gelitten/ ſondern auff ihr Ankommen von den Beampten und Gerichts-Herren hinwiederumb zurück gewieſen/ und do ſie mit gutem Willen abzuziehen nicht gemeinet/ als dann ihnen die Wahren verſchloſſen/ den innländiſchen Unterthanen auch mit ihnen im hin- oder zurück-Reiſen nicht zu kauffen bey gewiſſer Straffe verboten werden ſoll. Damit ſich aber dißfals die Ausländiſche keiner unwiſſenheit zu beklagen/ iſt verabſchiedet/ daß die Städte denen ihre Bürger obgeklagter Geſtalt von den außländiſchen Jahrmärckten abgetrieben werden/ dieſelbe Oerter nahmhafft machen/ und alsdann darauff an dieſelben mit Notification dieſer rechtmäſſigen Verordnung entweder vom gnädigen Landesfürſten/ oder aber von S. F. Gn. Cantzler und Räthen geſchrieben/ und ſie dafür gnugſam verwarnet werden ſollen. Simile quid refert Zaſius *parat. tit. quod quisq; juris.* his verbis: *Nuper prohibuit Dominus Marchio Baden. ne ſui in oppido Endingen quicquam venderent in nundinis. Quid ſi veniant Badenſes emturi aliquid? certe arcebuntur, maximè ſi ſponte ſubditi acquieverunt.*

## Aphor. XXVII.

(VI.) Retorſionis jure creditum juxta eum VI.

pecuniæ valorem reſtituitur, qui in foro creditoris in redditione mutui attenditur.

Nimirum propter factam corruptionem monetæ, reductione ejusdem opus eſt ad juſtum valorem, ut ſolutio pecuniæ, in adulterinâ monetâ creditæ, reſpondeat valori, qui fuit tempore contractûs. Quâ de re cum quibusdam in locis minùs æqua ſint ſtatuta: ideò rectè alia loca, in quibus juſtus obſervatur valor, utuntur retorſionis jure, ne dum illorum locorum ſubditis ſecundùm juſtum valorem ab aliis debitum redderetur; his verò ab illis nonniſi ſecundùm valorem pecuniæ corruptæ vel aliàs iniquè ſolutionem impetrantibus, illi cum horum damno locupletarentur. Vid. eleganter hæc explicantem & confirmantem Dn. Carpzov. *l. 5. reſp. Elect. tit. 9. reſp. 96.* Idem conſtitutum eſt *in allegat. ſupr. aph. 5. n. 10. (ita enim ibi legendum.)* Erklärung des Fürſtl. Braunſchw. Läneb. Müntz-Edicts *de dato* Zelle *Ann. 1634.* verbis: Daß alle die jenige Oerther da der Reichsth. *contra leges Imperii* zu hohem Anſchlage geſetzet/ deroſelben Unterthanen ſo wohl in gedachter Stadt Lüneburg als uffm Lande in gleichen valore und pretio die Außzahlung thun/ und ſich/ als Rechtlicher Gebühr nach/ des *juris retorſionis* in dieſem Paß wohl gebrauchen können und mögen.

## APHOR. XXVIII.

VII. (VII.) Quibus civitatibus cives, concurſu exiſtente creditorum, in bonis civium extraneis præferuntur: iſtarum cives eodem jure alibi utuntur.

Conf.

Conf. Joh. Mich. Beuther. *de prælat. credit. part. 1. c. 42.* & Petr. Vanderan. *de privil. credit. c. 9. in l. 37. de reb. aut. jud. poſſid.*

## Aphor. XXIX.

(IIX.) Si quâ in civitate receptum, ut ex eâ ad aliam migrare volenti certa bonorum pars detrahatur: idem fit hujus civitatis civi ad illam tranſeunti. IIX.

Add. Thoming. *d. dec. 26. num. 43* Hartm. Piſtor. *d. obſerv. 43. n. 19.* Gail. *l. 2. obſ. 36. n. 10.* Berlich. *d. concl. 51. n. 8. & 9. & concl. 52. n. 12. 13.* Beſold. *theſ. pract. verb.* **Abſchoß/ Abzug/ Nachſteur.**

## Aphor. XXX.

(IX.) Si in provinciâ aliquâ conſtitutum, non licere pecuniam ex feudi venditione perceptam exportare in aliam: hæc illud quoque in eam transferri non permittit. IX.

Erneſt. Cothmann. *reſponſ. vol. 1. reſponſ. 43. n. 98.*

## Aphor. XXXI.

(X.) Denique hic addo, quod jus retorſiſionis introduxerit generalem Germaniæ de reis in locum, ubi deliquêre, non remittendis conſuetudinem. X.

Cum enim Princeps alter alteri jure retorſionis remiſſionem denegaret, factum eſt, ut remiſſio exoleverit. Andr. Knichen *de jure territor. c. 3. n. 556.* Jung. Joh. Köppen *dec. qu. 43. n. 19.*

## APHOR. XXXII.

Uſus edicto minus conveniens.

Hæc exempla verum edicti uſum illuſtrare arbitror: utuntur autem eodem ulteriùs duplici modo. I. Ita, ut ſtatutario jure utentibus concedant retorſionem juris communis in utentes jure communi. II. Volunt etiam nonnulli, cum civibus illius loci, in quo obſervatur jus commune, cauſam agentibus in aliâ provinciâ, quæ utitur jure ſtatutario, ſecundùm hoc jus ſententia dicatur: ideò teneri illos ſuâ in rep. etiam ſententiam dicere his ſecundùm jus hoc ſtatutarium. Utrumque hunc uſum edicto illi minùs convenire ſtatuo.

*SUMMARIA.*

*1. Non rectè videtur ab utentibus jure ſtatutario retorqueri jus commune, contra utentes eo.*
*2. Quia hoc non peculiariter & noviter ſtatutum, ſed communiter conſtitutum.*
*3. Objicitur, quod juris germanici uſus ſit antiquiòr uſu juris Juſtiniani.*
*4. Objectioni reſpondetur.*
*5. Jus Romanum eſt jus commune.*
*6. Jura particularia, in ſe juſta, ratione juris communis inæqualitatem introducunt.*
*7. Multò minus utentes jure ſtatutario exigere poſſunt, ut ipſis in loco, ubi jus commue viget, ſec. jus ſtatutarium ſententia feratur.*

*8. Docto-*

*8. Doctoribus contrarium ſtatuentibus reſpondetur.*
*9. Imprimis Jac. Thomingio.*
*10. Alii adhuc magis, quàm nos reſtringunt hanc retorſionem.*
*11. Quæ ſententia nimis ſtricta eſt.*
*12. Nos mediâ viâ incidimus.*

Prior modus ideò contrariatur edicto, quod hoc neceſſariò novum ſ. iniquum jus requirat, quod etiam bis repetit ſæpius allegata Conſt. Electoralis: jam verò jus commune nullâ ratione novum aut iniquum dici poteſt; ſed jus provinciale aut ſtatutarium juri communi derogans, reſpectu juris communis, habet ſe ut jus novum & iniquum, ut ſuperiùs oſtendi *aph. 5. n. 14.* Et ſanè civitatem unam contra alteram uti poſſe jure retorſionis cauſa alia eſſe nequit, quàm quod civitas aliqua peculiare ſtatutum & diſcrepans ab illo, quod ab utriusque civitatis ſuperiore vel præſcriptum, vel æquè ac præſcriptum, receptum eſt, ſtatuerit, atque ita inæqualitatem in rempubl. introduxerit. 1
Unde apertè ſequitur jus provinciale & ſtatutarium poſſe retorqueri ab aliâ civitate contra utentes illo jure: ſed non æquè jus commune ab utentibus jure ſtatutario contra eos, qui obſervant jus commune, utpote quod ſibi ipſi peculiariter non ſtatuerunt, ſed ab omnium ſuperiore magiſtratu conſtitutū acceperunt. 2
Quod ſi quis objiciat, nunquam omnibus imperii Germanici provinciis & civitatibus ab aliquo Imperatore commune aliquod jus præſcriptum eſſe; juris quoque Saxonici uſum uſu legum Juſtinianearum in Germaniâ eſſe antiquiorem; & conſenſu Imperatoris ac Imperii 3

Statuum provincias & civitates peculiaribus ſuis uti juribus. Quo ſpectat, quod de Aſſeſſoribus Cam. Imp. *P. 1.* Cammerger. Ordn. *tit. 13. §. 1.* conſtitutum eſt: Die Beyſitzer des Cammergerichts ſollen in keiner Sach / ſie ſey ſo geringe als ſie immer wolle / allein auff ihr Gutbedüncken / oder eines jeden erwogen Billigkeit / oder eigen fürgenommen / und nicht dem Rechten gemäß / informirten Gewiſſen / ſonder auff des Reichs gemeine Recht / Abſchied / und der ietzt bewilligten / und auff dieſem Reichs-Tag auffgerichteten Frieden / in Religion / und andern Sachen / auch Handhabung des Friedens / und Ehrbare ländiſche Ordnungen / Statuten / und redliche Ehrbare Gewonheiten / der Fürſtenthumben / Herrſchafften und Gericht (die für ſie gebracht werden) wie ſolches von alter jeder Zeit Cammerrichter / und Beyſitzern aufferlegt und gehalten worden iſt / nach Vermög und Außweiſung ihres Eyds / Urtheil faſſen und außſprechen. *It. d. part. 1. t. 57. &* P. H. O. *in præf. circ. fin.* §. Doch wollen
4. wir. Ad hæc tamen reſponſio eſt in promtu; negari enim nequit, poſtquam Jus Juſtinianeum in Cam. Imperiali & toto imperio, ejusque provinciis propter ſummam ejus
5. excellentiam uſu receptum eſt, id conſtitutum eſſe quaſi communem (quod vel appellatio ejus innuit: Gemein Recht cui opponitur alibi: Sonderſatzung. Add. P. H. O. *in præf. ibi:* Die unſere Käyſerliche Rechte nicht gelehret. *& art. 122. ibi:* Nach Sag unſer Vorfahren: Und unſer Käyſerlichen rechten Cammerg. Ordn. *de anno 1500.* §. ordnen / ſetzen / *ibi:* nach laut gemeiner beſchriebener Käyſerlichen Rechte. Policey Ordn. *de anno 1577. §. 17. ibi:* Dieweil aber ſolche und dergleichen Contracten in gemeinen beſchriebenen Rechten höchlich verbothen / *& paſſ.*) ac generalem normam

mam omnium aliorum jurium particularium, ſive hæc ante illud jus obtinuerint ſive poſt promulgata fuerint: & ex illo jure hæc interpretationem accipere, & ad idem his deficientibus recurri. Sic ipſe El. Auguſtus Jus Saxon. emendat ſec. jus commune Cæſar. *P.2.conſt.26.* Add. Berl. *dec.50.n.13.* Romana ſc. Jurisprudentia hodie veluti amuſſis eſt, ad quam dirigitur interpretatio quarumcunque conſuetudinum conſtitutionumque Oſaſc. *dec. 142.* Burſat. *conſ.12.* Valaſc. *conſ.38.n.3. & conſ. 66 n. 17.* Weſenb. *conſ.14.n.16.* Surdus *dec. 182.n.24.* Menoch. *conſ. 527.n.9.* Puteus *dec. 160. & dec.352.* atque ita, inter has limites coërcentur, ut quam minimum de illi juri derogent. Mynſ. *conſ.14.n.26.* Tuln. *ad Inſt. L. 1. t. 2. c.3.* Idem dicendum de jure feudali communi, de jure Canonico recepto: & omni dubio caret in Conſtitutionibus Imperii, quæ interdum expreſsè juri Saxonico & aliis particularibus juribus ſ. ſtatutis derogant, ut videre eſt in Edicto Noribergenſi *A.1521. ibi:* Welche Gewonheiten / als dem Rechten (hoc verbum reſpicit Jus Juſtin.) und dieſer Ordnung zu wider und ungemäß / wir obgedachten Beſchluß nach / und aus Vollkommenheit unſer Käyſerlichen Macht / und rechter Wiſſen / hiemit abthun / derogiern und vernichten. Cujus rei ratio redditur in R. A. zu Speyer *Ann.1529.* §. Item als bißher: *ibi:* Damit auch weiter Irrung und gerichtlicher Zanck ſo viel möglich abgeſchnitten / und im heiligen Reich und bey denſelben Gliedern und Unterthanen hierin allenthalben Gleichheit gehalten werde / (hinc patet per jura particularia introduci inæqualitatem, atque hoc reſpectu iniqua iſta dici poſſe,) haben ihr Käyſ. Maj. damit alle und jede Statuten / Sonderſatzung / Gewohnheit / Gebrauch / alt Herkom-

Herkommen und Freyheiten / rc. Verùm hæc latius deducere hujus loci non eſt. Jung. Tob. Pauermeiſt. *de Idict. Imp. Rom. l. 2. c. 6. n. 147. & ſeqq.* Et latè Arthur. Duck. *d. uſ. & autorit. juris civil. Roman. in domin. Princip. Chriſtian. Exerc. noſtr. ad pandect. 2. th. 34. & ſeqq.* Apparet autem ex dictis, licèt conceſſum ſit, ſuis legibus particularibus provincias vel civitates uti: generales tamen leges illis omnibus eſ-
6. ſe ſuperiores. *add. arg. c. 19. de jurejur.* Quamvis igitur jura iſtiusmodi particularia in ſe conſiderata ſint juſta; quia tamen derogant juri communi & inæqualitatem introducunt: ideò utentibus jure communi non ſine ratione retorſio contra illa loca, quæ particularibus juribus vivunt, conceditur: quod minus habet dubii in ſatis iniquis, quæ quibusdam in locis obtinent, ſtatutis. Verùm admittere etiam retorſionem juris communis id non ſolùm huic edicto, ſed & rectæ rationi repugnare videtur.
7. Poſterior modus multò minùs edicto noſtro convenit. Retorſio enim conceditur vel in eum, qui ſtatuit jus iniquum; vel qui poſtulatione ſuâ, ut ſtatueretur, impetravit: ſed exteri in provinciâ, ubi jus particulare obtinet, non ſtatuêre illud jus, nec id ad poſtulationem eorum, ſed proprio motu ab ipsâ univerſitate (vel eorum Principe) eſt conditum, etiam ut exteri illo ibi uterentur. Abſurdum igitur eſſet, ſi illa contra exteros jus retorquere velit, quo hi ipsâ ita volente & præſcribente utuntur: & potiùs non ineptè dixeris, quod exteri, impetrantes jus iſtiusmodi novum, retorſione utantur, adeoque retorſio contra retorſionem non habebit locum *l. f. h t.* Doctores contrarium ſtatuentes ſimpliciter jus talionis & æqualitatem attendunt, & edictum, quod jam tractamus, extendunt

tenduntita, ut qualecunque jus quocunque modo contra alios aliquis vel civitas ejus utatur; eodem ipſi in ſuâ causâ alibi utendum eſſe velint. Sed hoc & rationi, & edicto iſti, ex naturali ratione fluenti, repugnare videtur. Neceſſe enim eſt, ut, ubicunque locum debet habere retorſio, jus aliquod iniquum ſtatutum ſit, quod *int. quod quisq; jur.* requiritur: & ipſa conſtitutio Elect. initiò docet, jus talionis ſimpliciter & abſolutè non poſſe locum habere: & deinde bis inculcat contra *iniquum jus* retorſionem dari. Unde miror, Jacob. Thomingium 9.
*deciſ. 26. num. 19.* ſtatuere, *novam illam conſtitutionem doli vel iniquitatis nullam rationem ducere: ſed inæqualitatem generaliter corrigere, intendere.* Licèt verò ipſe addat ſibi ignotum id non eſſe, qui ipſe fundamenta & rationes illas, quibus iſta conſtitutio exſtructa, primùm delineaverit: tamen ipſa verba ejusdem conſtitutionis aliquam iniquitatem ibi conſiderari apertè docent: uti quoque notat Goldbeck. *d. tr. de jur. ger. c. 9. num. 66.* & Hartm. Piſtor. *d. obſ. 43. num. 2.* qui etiam *num. 6.* dicit: *Quod de mente eorum, qui conſtitutionem collegerunt aſſerit Thomingius, ſciendum eſt, interfuiſſe huic deliberationi etiam alios, qui tamen de hoc ipſo caſu interrogati longè aliter ſenſerunt, neq; tale quid, quod Thomingius communiſcitur, ſibi in mente fuiſſe teſtati ſunt.* Idem verò Hart. 10.
Piſtor. *d. obſ. n. 4. 9. 19.* & hunc ſequens Dn. Georgius Frantzkius JCtus acutiſſimus *p. m. in laudato comment. ad Pandect. h. t. num. 7.* aliter uſum hujus edicti hodiernum reſtringunt, nim. ut jus retorſionis æquum & huic edicto conſentaneum eſſe ſtatuant, ſi civitatis alicujus indigenæ prærogativam quandam præ exteris habeant. Sin

verò & cives, & forenſes eodem jure utantur, (e.g. nec cognata indigena nec extera geradam aliquam præcipuam capiat: ſimiliter cives non minùs ac forenſes detractionem hereditatis patiantur,) jus illud retorſio-
11. nis ab omni æquitate alienum eſſe. Quæ ſententia noſtræ proximè accedit: ſed nos non exiſtimamus reſpiciendum eſſe, an idem jus & incolis, & forenſibus ſtatuatur, ſed an ſit jus devium à jure communi, & inæqualitatem inter cives unius reip. introducat, atque ita juris iniqui, quod in edicto requiritur, locum obtineat. Illud enim ſi attendendum foret, ſequeretur, quod ſtatuta iniquisſima, quibus & incolæ utuntur, & ex quibus forenſibus jus dicitur, non liceret retorquere, quod ſanè edicto & æquitati non conveniret. Hæc poſterior igitur opinio jus retorſionis nimis reſtringit: prior autem nimis extendit, juxta quam, utpote nullo principio innitentem,
12. omnia diverſorum locorum jura confunduntur. Nos mediâ viâ incedentes, tutiſſimi ibimus, & certisſimo noſtro principio, nim. jus devium à jure communi, & inæqualitatem inter unius reip. cives inducens, retorquendum eſſe, firmiter inſiſtentes & ad id tanquam helicem reſpicientes, à veritate, ad quam tendimus, non aberrabimus.

## APHOR. XXXIII.

*Exemplum hujus uſus edicto minùs convenientis. I. & quidem prioris modi,*

Inſpiciamus autem & hujus opinionis exempla, quorum (I.) Cum in aliis provinciis extra Saxoniam jus geradæ in uſu non ſit: jure retorſionis cognatæ extra Saxoniam degenti, & in

& in terris Saxoniæ ſuccedenti, utenſilia non conceduntur.

*SUMMARIA.*

1. *Cognatæ extra Saxoniam degenti non conceditur gerada in Saxoniâ.*
2. *Quod alii reſtringunt.*
3. *Noſtra ſententia, diverſa à communi, exponitur.*
4. *Conſentit nobiſcum Frider. Pruckman.*
5. *Dn. Carpzovius defendit ſententiam communem: cujus rationibus reſpondetur.*

Ita docent Matth. Colerus *deciſ. 55. num. 2.* Berlich. 1.
*d. concl. 51. num. 14.* qui etiam *num. 20.* ſtatuit (contra eos quos citat *num. 19.*) geradam hoc caſu non commiſceri cum hereditate, atque ita nec ad cognatam illam extra Saxoniam degentem pervenire, ſed ad aliam cognatam proximam in Saxoniâ viventem transferri. Moderatiùs 2.
illam retorſionem proponunt Goldbeck. *de jure gerad. c. 9. num. 62. & ſeqq.* & Dn. Carpzov. *d. part. 3. conſt. 38. defin. 6. & 7.* Quorum ſententia videtur eſſe hæc, quod eo, de quo loquimur caſu, retorſioni locus non ſit, ſi (1.) res ad geradam pertinentes ut res aliæ hereditariæ ex iis provinciis, ubi gerada in uſu non eſt, in Saxoniam transferri permittantur. (2.) cognata mulieris in Saxoniâ defunctæ ſimul heres ab inteſtato exiſtat. Eſſe verò locum retorſioni & cognatam exteram non poſſe in Saxoniâ petere geradam, ſi (1.) gerada incolis terræ Saxonicæ denegetur illo in loco ubi degit cognata. (2.) Cognata ſimul heres non ſit. Verùm priùs quod attinet, 3.

vel denegatur gerada ita, ut retorqueatur jus geradæ contra Saxoniam, ſecundùm *aph. 23.* & tunc contra retorſionem non datur retorſio: vel denegatur ita, ut ad agnatam in terris Saxonicis degentem deferri prohibeatur, & licita eſt retorſio juxta *aphor. 24.* Poſterius quod ſpectat, omnino ſtatuo, etiam cognatam exteram, licèt heres non ſit, in Saxoniâ geradam petentem audiendam eſſe: cui ſententiæ à ſe adductas pro cognatâ herede rationes patrocinari ipſe fatetur Goldbeck. *d. l. num. 74.* ſed in praxi contrarium ſervari. Præcipua illarum rationum innititur noſtro, quod *aphor. præced.* latiùs expoſuimus,
4. principio. Conſentit nobiſcum Frider. Pruckman. *vol. 1. conſ. 31. num. 86. 87.* verba ejus ſunt: *Jus retortionis ita demum procedit, ſi gerada ab ejus loci magiſtratu, quem incolit is, qui geradam habere vult: antehàc incolis illius loci, in quo res geradæ exſtant, denegata fuerit. Ita loquitur conſtitutio noſtra Marchica. It. conſtit. Saxon. 38. p. 3. & ibi Dan. Moller. in addit. n. 5. Jam verò magiſtratus noſter, incolis Luſatiæ, res geradæ nunquam denegavit: ſed quia jure communi apud nos vivebatur, gerada nunquam relicta fuit. Non itaque adverſùm Noſtrates, Luſati jure retortionis rectè utuntur.* Statuit igitur Luſatos jure retorſionis cõtra ſubditos Electoris Brandenburgici uti non poſſe etiamſi geradæ in Marchiâ nulla, ut in foro Saxonico, ratio habeatur, ſed jure communi ſuccedatur. Add. Pingitzer. *d. quæſt. 33. num. 6.* Scheplitz *ad conſvet. March. part. 3. tit. 1.*
5. *§. 1. 2. 3. num. 5.* Prægnantes in contrarium Dn. Carpz. *d. l.* affert rationes, quarum prima: quod agnata tunc non habeat, quod conqueratur de ſucceſſione ſibi præcluſâ, quam nec in rebus hereditariis unquam obtinuerit.

rit. Ad quam tamen regeri poſſe putarem, rectè eam conqueri, quod nullam planè ob cauſam excludatur à geradâ, quæ ipſi eodem jure debetur, quo aliàs cognatæ in Saxoniâ viventi iſta adjudicatur. Altera ratio eſt: quod agnata iniquitatem ullam prætendere non poſſit; quin potiùs ſi contrarium diceretur, incolis ſeu cognatis Provinciarum Saxonicarum haud parum præjudicaretur, quippe quæ heredes ab inteſtato non exiſtentes ex locis exteris, ubi nulla eſt gerada, nihil prorſus petere valerent: cui inæqualitati per jus retorſionis hoc caſu omnino ſit occurrendum. Reſponſio ad hanc rationem patet ex ſuperiùs dictis & firmiſſimè probatis, quod ſcil. non quodlibet præjudicium vel quælibet inæqualitas cauſa ſit retorſionis; ſed jus novum ſeu devium à jure communi, & inde proveniens inæqualitas: iſtiusmodi autem jus noſtro in caſu, in eo loco, ubi vivit cognata, non obtinet. Add. Hartm. Piſtor. *d. obſ. 43. n. 3.*

## APHOR. XXXIV.

(II.) Si agnatus vivens, ubi res expeditoriæ non dantur, ſuccedere velit in terris Saxoniæ, res iſtæ ipſi non conceduntur. II.

*SUMMARIA.*

*1. Idem obtinet circa res expeditorias.*

Sic ex eo, quod de geradâ dixit, colligit Berlichius. *d. concl. 51. num. 23.* Quod itidem per ea, quæ nos de geradâ *præcedente aphor.* diximus, corruit. Nec ſententiam Berlichii probat textus ab eo allegatus Landr. *L. 1. art. 19.* Sed potiùs contrarium inde confirmari poteſt: 1.

 utpo-

utpote cum in eo expreſsè dicatur, Svevo, modò probet ſe eſſe agnatum defuncti, res expeditorias in Saxoniâ tribuendas.

## APHOR. XXXV.

III. (III.) Jure Civili fratrum utrinque conjunctorum filii fratres uterinos & conſangvineos à ſucceſſione excludunt: Jure Saxonico hi non excluduntur, ſed cum illis æqualiter & in capita ſuccedunt: hinc volunt, ſi frater uterinus ex Marchiâ (vel ex alio loco ubi obſervatur jus commune) velit ſuccedere in Saxoniâ, quod tunc ille non ſuccedat ſecundùm jus Saxonicum, ſed jure retorſionis excludatur.

*Nov. 118. c. 3. verſ. unde conſequens. auth. ceſſante & ſeqq. C. d. Legit. hered.* Landr. *l. 2. art. 20. Conſt. Elect. p. 3. c. 18.* §. wañ aber. Latê hoc tractat & præjudicio confirmat Dn. Carpz. *L. 6. reſp. Elect. tit. 4. reſp. 37.* Verùm nec hoc exemplum ſæpius nominato edicto & Elect. conſt. ob rationes *aphor. 32. num. 1 & ſeqq.* adductas, congruere videtur.

## APHOR. XXXVI.

IV. (IV.) In Electoratu & Marchionatu Brandenburgenſi agnati ſuccedentes in feudo tenentur debita defuncti vaſalli ſolvere, etiamſi in oppignerationem non conſenſerint; inde volunt, nobiles exteros hoc jure in Marchiâ non frui, ſed

jus

jus commune contra iſtos retorqueri, iisdemq; defectum conſensûs agnatos etiam in Marchiâ objicere poſſe.

Ita notavi ex facti ſpecie ad Collegium noſtrum Juridicum *Menſ. Mart. Anno 1646. à* V. J. A. Z. E. tranſmiſsâ. Caſus ita propoſitus: Denen in der Chur- und Marck Brandenburg üblichen Rechten nach / müſſen die *Agnati,* ſo *in feudo ſuccediren,* ihres verſtorbenen Vettern Schulden abtragen / ob ſie gleich in ſolche Schulden nicht *conſentiret.* Weil nun in den benachtbarten Stifftern und Fürſtenthümen ein ander Recht im Gebrauch / nach welchem der *Agnatus* und *Succeſſor feudi,* zu Abſtattung dero von ſeinem Vettern gemachten Schulden / wenn er darein nicht gewilliget / nicht mag angehalten werden. Als entſtehet dahero die Frage: Wenn ein Stiefftiſcher oder Braunſchweiger vom Adel einem Märckiſchen vom Adel wegen ſeines verſtorbenen Vettern Schulden / darein er nicht *conſentiret,* belanget / ob er gegen denſelben gleiches Recht / ſo in den Stiefftern oder Hertzogthumb Braunſchweig üblich gebrauchen / und der Abzahlung ſolcher Schulden *ob defectum conſenſus,* ſich entziehen möge? Quæ Quæſtio ita ſec. Dd. communem opinionem deciſa: Demnach uns vorgeſetzte *facti ſpecies* zugeſchicket / und darüber unſere Rechtsberichtung gebeten worden / D S. W. u. f v. v. E. V. R. Wofern es / wie bericht worden allenthalben bewandt. So erſcheinet aus denen angeführten und andern Rechtsgründen

ſo viel / daß das vorgeſchützte Jus retorſionis in dieſem Fall billich Statt habe / V. R. W.

## Aphor. XXXVII.

V. (V.) Exemplum eſt de carcere obæratorum (Schuldthurm); quo in quodam loco, contra debitores introducto: extraneus creditor petere non poteſt, ut in eum debitor conjiciatur, niſi eo in loco, ex quo eſt oriundus, ſimilis carcer ſit in uſu, vel creditor à ſuo magiſtratu literas reverſales afferat, creditoribus hujus loci aliquando ſimile jus contra debitores illius loci ſtatutum iri.

*Summaria.*

*1. Exemplum de obæratis carcerandis non videtur huc pertinere.*

Berlich. *d. concl. 51. n. 26.* Expreſsè quidem illud ſancitum in Churfürſtl. Sächſ. Gerichts-Ordn. *c. ult.* §. *ult.* verùm illam ſanctionem reſtrictionem tantùm duriſſimæ illius pœnæ (ut vocatur *P. 2. conſt. 22.*) intendere, nec *edictum quod quisq; juris &c.* nec *d. conſt.* reſpicere omninò mihi perſuaſum habeo; utpote cum neutri conveniat.

## Aphor. XXXVIII.

Hactenus allata exempla ad priorem modum uſûs, illius edicto minùs convenientis, pertinent, ſequitur (VI.) quod poſteriorem modum

VI. Poſterioris modi exemplum.

dum explicat: Cum in Marchiâ agnatus, æquè ac filius, indiſtinctè teneatur ſolvere æs alienum, licèt non conſenſerit, ſecus ac jure communi feudali: hinc putant quidam, ſi exteri creditores illud jus in Marchiâ impetrent; idem jus poſſe Marchiacos exigere, ut ſibi, agentibus contra ſuos debitores, ſtatuatur in exteris locis.

*SUMMARIA.*

1. *Hoc exemplum planè non quadrat ad edictum.*
2. *Nec in foro obſervatur.*
3. *Remittitur ad duos autores.*

Jus illud Marchiacum conſtat ex conſuet. Brandeburg. *P. 4. §. 2. 3.* Sed illud ita retorquere, eſt planè invertere uſum edicti in æquitate fundati, uti latiùs demonſtratum *aph. 32. num. 7.* Et ſic quoque ab Ampl. Facultate Juridicâ in Illuſtri Juliâ, dum ibi ſtudiorum causâ verſabar, & hanc materiam ſub Præſidio Nobiliſſimi Dn. Henrici Hahnii JCti Celeberrimi, Præceptoris olim mei, optimè de me meriti, publicæ diſquiſitioni in juvenili ætate pro conſequendis honoribus Doctoralibus proponebam, eſſe reſponſum, edoctus ſum. Hæc de retorſione juris iniqui ſolius veritatis indagandæ ſtudio tractâſſe ſufficiat. Allegatos quidem reperi Petrum Loriottum *de privil. impet. retort.* & Mart. Rumelin. *diſſert. ad tit. quod quisq; juris in alt. &c.* ſed quorum copiam habere hactenus non potui.

(Margin numbers: 1 beside "Jus illud Marchiacum…", 2 beside "ſtratum aph. 32…", 3 beside "bam, eſſe reſponſum…".)

## Caput Duodecimum.

*De*

# Repræſaliis.

## Aphor. I.

III. Repræſaliæ. (III.) Ad hanc cauſam privatæ vindictæ quoq; refero Repræſalias, quæ ſunt remedium aliquod extraordinarium, quo is, cui aliquo in loco denegata vel protracta juſtitia, utitur ita, ut à ſuo magiſtratu impetret, quemvis iſtius loci civem vel ejusdem res, quæ fortè in hoc loco reperiuntur, retineri, donec ſibi iſto in loco ſatisfiat.

*Summaria.*

1. *Vox repræſaliarum explicatur.*
2. *Repræſaliæ regulariter iniquæ.*
3. *Propter diverſas in imperio jurisdictiones ſunt receptæ.*
   *& æquitatem quandam habent.*
4. *Plura requiruntur ut ſit locus repræſſaliis.*
5. *Effectus repræſſaliarum.*
6. *Excipiuntur quædam perſonæ à repræſſaliis.*
7. *Is, qui vel cujus res detentæ, actionem habet contra eum, cujus nomine repræſſaliæ exercitæ.*

1. De nomine & appellatione hujus remedii ita ſcribit Clariſs. Gerard. Joh. Voſſius: *Si* repræſalia *placet; ex eo fuerit, quod ſpoliatori ereptum* repræſentet *illud, quod debetur ſpoliato. Verùm* repreſſalia *ſit à* repreſſu, *quia iis aliorum injuſtitia reprimatur. Sed ecce tertium quoq; etymon, ut ab Italis ſit, quorum eſt* preſo, *pro* prenſo; *ut* repreſo *pro* re-

repréſo. *Hoc verò à* prendo, *&* reprendo, *pro* prehendo *&*
reprehendo. *Quo facto* repreſalia *fuerit iterata prehenſio;*
*quia pro eo, quod aliquis prenſarit, prenſetur aliud, quò alte-*
*ri, cui quid ereptum, ſatisfiat: quod fieri non licet citra ſupe-*
*riorum poteſtatem. Quid quòd quartum etiam etymon legas*
*apud Damhouderum in Praxi Criminali cap. XCVIII. num. 1.*
*nempe ut* repreſſalia *ſit à* reprædando: *& revera eſt, ut ſic*
*loquar,* reprædatio: *quomodo alluſio, licet non etymon, vi-*
*deri poſſit. Ex hiſce Damhouderus inibi tertium probat ety-*
*mon, ut ſit ab Italico* preſo, *pro* prenſo; *quomodo* repreſſa-
lia, *ut dixi, ſit iterata prehenſio. Et ſane hoc imprimis placet.*
*Legas id vocabuli Conſtitutionum Sicularum lib. 1. tit. VIII.*
*leg. 1. Nec preſſalias, ſeu repreſſalias facere. Apud Petrum de*
*Vineis lib. V. in argumento epiſt. XLVIII. Concedit licentiam*
*quibusdam mercatoribus faciendi preſalias contra rebelles,*
*qui eos disrobaverunt. Ex ea quoq; epiſtola abunde, quid* re-
preſalia *ſit, intelligitur. Supereſt addam quomodo dicendum*
*ſit, ſi barbaro iſtoc ſit abſtinendum. Dixeris Græcè ἀνδρο-*
*ληψία, Latinè verò cum Hermolao Barbaro vocare poſſis* cla-
rigationem. *Imò & in vett. gloſſ. ἀνδροληψία* clarigatio *ex-*
*ponitur. Vel* pignerationem *nomines, cum Budæo. Is Anno-*
*tat Poſt. in Pandectas* ait: *Cùm ἀνδροληψίαι libro VI. Decre-*
*talium epiſtolarum* pignerationes *vocentur ſub titul. de in-*
*jur. tamen juris interpretes malunt* repræſſalias *dicere. Usq;*
*adeò barbaries ad ſtomachũ ruſticitatis facit. d. vit. ſermon.*
*lib. 3. cap. 42.* Regulariter quidem repræſaliæ æquitati na- 2.
turali convenire haud videntur, uti quoque dicitur *in c.*
*un. de injur. in 6.* & propterea prohibentur in *l. un. C. ut*
*null. ex vican. pro al. vic. deb. l. 4. C. de exſec. Nov. 52.* Pro- 3.
pter multitudinem tamen, ut videtur, diverſarum in Im-

 perio

perio Juriſdictionum uſu illæ quibusdam in locis certis caſibus ſunt receptæ: quibus eas habere *ſubtilem & reconditam æquitatem* non ineleganter dicit Friderus *de proceſſ. L. 1. c. 48. n. 4.* eandemque explicat, quem lege ſis. Jung. Sylveſter *in ſumm. tit. de repreſſal.* Jacobus à Canibus *tr. de repreſſal. part. 1. n. 8. & ſeqq.* Covarr. *tom. 1. relect. c. peccatum. de R. J. in 6. p. 2. §. 9.* Grotius *L. 3. de jure bell. & pac.*
3. *c. 2.* Ut verò locus ſit repreſſaliis requiritur, (I.) denegata vel protracta ſit juſtitia (**Rechtsverweigerung oder Verzögerung der Rechten.**) Auguſtiuus **Seidenmeltzer** *diſp. de repræſal. theſ. 4. quæ habetur in Diſc. Academ. Arumæi vol. 2. diſc. 8.* Vid. Mynſ. *6. obſ. 1.* (II.) Ut cauſa petendi ſit liquidiſſima. Friderus *d. l. 1. c. 49. n. 7.* (III.) Ut concernat rem magni momenti, nec ſit modicum aliquod debitum. Jacobus à Canibus *part. 1. de repreſſal. n. 36.* Friderus *d. tr. c. 49. n. 4.* (IV.) Ut is, in cujus cauſâ alibi denegata vel Protracta juſtitia, magiſtratum ſuum accedat, & juſtitiæ denegationem aut protelationem cauſæq; qualitatem oſtendat. Bernh. Scotanus *Exam. Jur. part. 2. ad tit. C. ne filius pro patre.* Jung. Friderus *d. c. 49. num. ult.* (V.) Ut magiſtratus hic à læſo, dicto modo, imploratus, alterum magiſtratum, de quo querela ad eum eſt delata, moneat, fore, ut repræſaliæ concederentur, niſi jus & juſtitiam adminiſtraret. Scotanus *d. l.* Quod ut tribus fiat vicibus conſtitutum eſt in **Fürſtl. Braunſchw. Läneb. LandtagsAbſchied zu Saltzdalum** *3. Jun. Ann. 1597.* §. **Zum acht und viertzigſten** / *ibi:* **mit den Arreſten auch gleichwohl ſo ſchleunig / wie auff ein oder mehr Seiten zu beſchehen pfleget / nicht verfahren / ſondern damit ſo lange biß zum wenigſten in unlaugbahren Sachen**

**an des beklagten Obrigkeit / von des Klägers Ge-**
**richtsherrn dreymahl geſchrieben / und darauff die**
**Gebühr nicht angeordnet worden/ zurück gehalten.**
Quod ſi monitus ita magiſtratus in cauſâ liquidâ & alicu- 5.
jus momenti jus & juſtitiam adminiſtrare neglexerit, de-
prehenſus alius illius civitatis civis vel hujus bona capi &
detineri poſſunt, dum læſo ſatisfiat, aut debitum ſolvatur.
Quod ſi verò nec ita ſatisfactio impetretur, bona retenta
venduntur, & inde ei, cui denegata juſtitia, ſatisfit, quod
ſupereſt redditur iſti, cujus res fuêre. **Seidenmeltzer** *th.*
*6.* Excipiuntur tamen quædam perſonæ & res, quæ pro 6.
alterius debito ita capi aut detineri nequeunt: quales
ſunt: (1.) clerici & eorum bona *c. un. de injur. in. 6.* (2.)
ſtudioſi eorumve res, ut & parentes eos inviſentes. *auth.*
*habitâ. C. ne filius pro patre.* Bapt. de S. Blaſio *tr. de corre-*
*lat. num. 28.* Petr. Rebuffus *priv. ſchol. 150. & 78.* (Legati &
res eorundem. Chriſtin. *v. 5. dec. belg. 54. num. 10.* (4.) ad
Nundinas accedentes à repreſſaliis immunes eſſe debent.
Marta *dig. noviſſ. tom. 2. tit. repræſaliæ c. 4.* Denique no- 7.
tandum, quod ille, qui vel cujus res jure hoc repræſalia-
rum captæ ſunt, habeat actionem ſeu implorationem of-
ficii judicis contra principalem debitorem, ut ei omne
damnum & intereſſe ſarciat. Vid. Frider. *d. c. 50.* Uberio-
rem de repreſſaliis tractationem hîc ſuſcipere non libet.

Add. Gœdd. *conſ. 34. n. 2.* Gail. *de arreſt. c. P. n. 10.*
Coler. *d. proceſſ. execut. 9. 1. c. 2.*
*n. 269.*

# CAPUT DECIMUM TERTIUM.
## De
# Pigneratione.

## APHOR. I.

IV. Pignoratio. Denique (IV.) commoditas juxta ac æquitas introduxit modum alicujus privatæ vindictæ per pignerationem, quàm dicimus privatam manus injectionem, quâ capiendo perſonas vel res alterius jura noſtra conſervamus & damna repellimus.

*SUMMARIA.*

1. *Hæc exercetur inter ſubjectos Imperio immediatè.*
2. *Nec non ab aliis pro conſervandis juribus.*

1. Exercetur hæc: (1.) inter Principes, Nobiles, Civitates immediatè imperio ſubjectos ad extorquendam ſolutionem debiti liquidi, quæ impetrari non potuit; ad tuendam Jurisdictionem poſſeſſionemvè alicujus juris puta piſcandi, venandi, &c. Quæ pigneratio ad certos limites reſtricta eſt. Vid. Reformat. zu Franckfurt. *Anno 1442. tit.* umb Kindliche Schuldt. *& ſeqq.* Cammer-Gerichts-Ordn. *P. 2. tit. 22.* R. A. zu Augſpurg/ *Anno 1566. §.* Als auch/ R. A. zu Regenſpurg. *Anno 1594.* §. Die Mandata und Pfandungs-Sachen. *& §§. ſeqq.* Abſchied des Deputation-Tags zu Speyer. *Anno 1600.* §. Weiter iſt auch. *& ſeqq.* Jung. Gailius *int. tract. de pignerat.* Colerus *de proceſſ. execut. P. 1. c. 2. n. 286. & ſeqq.*

Vid.

Vid. Köpp. *P. 1. dec. 41. num. 6. 18.* (2.) Uſitatiſſima hodie eſt pigneratio, quæ ſit à quibusvis pro conſervandis juribus ſuis, ut Jurisdictione, jure piſcandi, venandi, paſcendi, &c. quò etiam pertinet, quod Jure Saxonico animal damnum, e. g. ſegetes depaſcendo, inferens pignerare liceat. Neceſſe eſt autem, ut pignus captum, ſi privatus hoc remedium pro tuendo ſuo jure vel ad damna reſarcienda adhibeat, judici territorii, in quo pigneratio contingit, tradatur. Vid. **Landr.** *L. 2. art. 47.* Conſt. Elect. *P. 2. conſt. 7.* Berlichius *P. 2. concl. 34.* Coler. *de proceſſ. exſec. d. c. 2. num. 295.* Dn. Carpzov. *reſp. Elect. l. 1. t. 1. reſp. 8.* Scheplitz. *conſvet. March. p. 4. t. 21.* §. *1.* Dn. Mevius *l. 3. t. 11. ad rubr. num. 9. 10. 11.* Zobel. *P. 2. diff. 36.* Dn Richter. dec. 2.

## Caput Decimum Quartum.

*De*

# Vindictâ privatâ concessâ vi conventionis.

### Aphor. I.

Tandem hîc adjiciemus casûs, quibus (1.) vi conventionis (2.) propter ultimam defuncti voluntatem rem propriâ authoritate apprehendere, atque ita ſibi ipſi jus dicere licet. VI. Vindicta privata conceſſa.

Regulariter enim ſine authoritate competentis judicis rem ſibi debitam apprehendere non licet *l. 5. C. de vi priv. l. 9. C. ſol. matrim. l. 5. C. de legat. l. 3. §. 2. ibi:*

*equi*

*æquiſſimum prætori viſum eſt, non ſibi jus dicere occupatis legatis. Quod legator.*

## APHOR. II.

Vel ob Pactum: ob quod I. permiſſa eſt domino manûs injectio in ſervum.

Vi Conventionis I. permiſſa eſt manûs injectio in ſervum eâ lege venditum, ut exportaretur; quod niſi fieret, ut manûs domino priori injicere liceret.

Curabant nimirum domini ſervos à ſe male tractatos & poſteà venditos procul abduci. Hoc pactum facit, ut ipſo jure redeat dominium ad venditorem, ſi non exportetur: ſubeſt enim aliquo modo conditio reſolutiva; quâ eveniente habetur, ac ſi nulla interceſſiſſet venditio, & res non abiiſſet ex dominio: ſicuti quoque fit in pacto addictionis in diem *l. 2. de in diem add. l. 41. & R V. l. 4. §. 3. de in diem add.* & Lege commiſſoriâ. *C. d. pact. int. emt. & vendit.* Vid. *l. 9. de ſerv. export. l. 1. l. 2. C. ſi ſerv. exp. ven.* Add. Odofredus *in d. l. 2. C. ſi ſerv. exp. n. 2.* Coler. *de proc. exſec. præf. n. 32.*

## APHOR. III.

II. Creditor poteſt pignus occupare, debitore non ſolvente.

Porrò (II.) Tradunt juris interpretes, poſſe creditorem propriâ autoritate apprehendere pignus, debitore non ſolvente, ſi ita conventum ſit.

*SUMMARIA.*

1. *Communis ſententia hæc eſt.*
2. *Quæ non convenit l. 3. C. de pignor.*
3. *Explicatur l. pen. C. d. pign. act.*

4. Pa-

4. *Pactum tamen hoc, ut & clauſula conſtituti poſſeſſorii, operatur paratam exſecutionem.*
5. *Obligatio ad carcerem non eſt valida.*
6. *Nec pactum obſtagii.*
7. *Locator non poteſt expellere conductorem, nec Dominus emphyteutam.*
8. *Nec commodans aut deponens rem ſuam.*
9. *Tutor ſibi tradit & ſolvit.*

Ita accipiunt *l. 3. C. d. pignor.* Menoch. *remed. 1. re-* 1.
*cup. poſſ. num. 261.* Matth. Coler. *de proceſſ. exſec. c. 5. n. 83.*
Carpzov. *P. 1. c. 32. defin. 27. & lib. 1. reſp. 5.* Vid. latè Grak.
*d. tract. cap. 16. cap. 17.* Verùm illius legis ſenſus eſt hic, 2.
quod quidem is, qui ex pacto, creditore non ſolvente, ingreditur poſſeſſionem, non videatur vim inferre debitori: nihilominus tamen eum debere autoritate judicis rem apprehendere, quibus ſanè verbis propria autoritas negatur. A. Matth. *D. 1. d. judic. th. 35.* Brunneman. *& alleg.*
*in d. l. 3.* Nec etiam contrariam ſententiam probat *l. pen.* 3.
*C. de pign. act.* In eâ enim tantùm dicitur, *quod non liceat res debitoris arbitrio ſuo auferre citra conventionem initam* (ſcil ut acciperet rem pignori: add. *l. 30. D. de pign. act.*) *aut præſidalem juſſionem* (ut fit in prætorio pi-
gnore.) Operatur tamen illud pactum paratam exſe- 4.
cutionem. Nec aliter puto ſtatuendum, ſi clauſula conſtituti poſſeſſorii adjecta. Conf. Mantic. *de tac. & amb. conv. t. 5. p. 566.* Henn. Hamel. *de action. c. 18.* Frider. *de mand. L. 2. c. 71. num. 7.* Chartar. *dec 94.* Bachov. *tr. de pignor. l. 3. c..* Giphan. *in d. l. 3.* Matth. Coler. *de proceſſ. exſecut. P. 1. c. 5.* Beſold. *theſ. pract. verb.* mit oder ohne Recht. Vid. etiam R A. zu Speyer 1600. ſ. Wann

5. in einer Verſchreibung. Ulteriùs ſtatuunt quidam, quod creditor aut fidejuſſor ſe adſtringens ad carcerem, ſi ſtatuto tempore non ſolvat, detrudi à creditore, non implorato judicis officio, in carcerem poſſit. Sed rectê hoc negat Bach. *de action. diſp.3. th.38. & adTr. v.2.d.28. th.4. lit. f.* Vid. Conſt. Elect. *P.2. conſt.21.* & ibid. Carpz.
6. Iſtiusmodi conventio eſt quoque pactum obſtagii, ſed hoc abrogatum in Policey-Ordn. zu Franckfurt *Anno 1577. tit. 17. §. pen.* ut & Conſt. Elect. *P.2. conſt. 22. §.* wir wollen. Vid. Gail. *l.2. obſ.45.* Coler. *de proc. exſec. part.1. c.8.* Dn. Carpzov. *part.2.c.22. defin.50.* Scheplitz. *ad conſvet. March. part.4. tit.3. §.1. num.4.* Köppen. *P.1. dec.3.* Valent. Francus *de fidejuſſ. c.4. num.119.* Beſold. *th. pract.*
7. *verb.* Leiſtung/ Leiſtmahnung / einritt. Denique docent plurimi ex naturâ (1.) contractûs locationis conductionis, & (2.) emphyteuſeos permiſſum eſſe, non ſolventem penſionem aut canonem vel re malè utentem propriâ autoritate domo, aut fundo ejicere, *per l.54. §. 1. loc cond. l.3. C. eod. l.2. C. de jur. emph. c.3. & 4. de loc. cond.* Grak. *d. tr. claſſ.2.c.20. & 21.* Verùm & his ſubſcribere non poſſumus, cum iſti textûs tantùm dicant, ob aliquas cauſas expellere licere conductorem vel emphyteutam, quod accipiendum ita, ut fiat per judicem. Verbum enim *expellere* non ſignificat propriam vindictam: quæ cum expreſsê hoc caſu permiſſa non ſit, obſervandus erit judiciorum vigor. Ad quod probandum non inelegans argumentum deducit Buſius *ex l.56. loc. cond.* Si enim expellere domino colonum propriâ autoritate liceret, ſatis quoque foret, privatâ autoritate res in Inſulâ exiſtentes deſcribere teſtatò. Id verò quia

per

per publicas perſonas fieri oportet, de expulſione idem multò magis dicimus. Add. Menoch. *rec poſſ. rem. 1. n. 78. & rem. 3. num. 44. & ſeqq.* Ant. Faber. *in C. l. 8. tit. 3. deſin. 2. num. 15.* Everh. Bronchorſt. *enantioph. cent. 1. aſſ. 82.* Fachin. *l. 1. contr. 95.* Dn. Frantzkius *Comm. ad Pand. tit. loc. cond. num. 180. & ſeqq.* Clar. *§. emphyteuſis. quæſt. 11.*
Ita nec commodanti, nec deponenti res propriâ autoritate occupare licet, ſecus ac ſentit cum alleg. Grak. 8.
*cap. 17. cl. 2.* Cæterùm illud ſpeciale eſt, quod tutor, 9.
qui emit fundum ab eo, cujus filii poſteà tutelam adminiſtrat nondum acceptâ illius fundi poſſeſſione, tradere ſibi ipſi poſſeſſionem poſſit *l. 78. §. 1. de cont. emt.* Sicut & ſibi ipſi debitum ſolvere tutor poteſt *l. 9. §. 5. de adm. & per. tut. l. 8. C. qui dar. tut. vel cur.* cum verò per *Nov. 72. cap. 1. & 4.* creditores ad tutelam vel curam non admittantur: id ampliùs juxta *d. Nov.* non obtinet Grak. *d. tr. cl. 2. c. 25. n. 8.* obtinebit. Add. *exerc. ad pand.*

## Aphor. IV.

Similiter (III.) ſi non ſtatuto tempore ſolvat emtor, rem venditam propriâ autoritate, vi pacti conventi; licitè occupare, volunt.

III. Venditor rem venditam emtore non ſolvente.

*Summaria.*

*1. Neq; hæc ſententia videtur ſimpliciter admittenda.*

Grak. & allegat. *d. tract. d. propr. autor. claſſ. 2. cap. 19. num. 10. 11. & ſeqq.* verùm hoc non aliter obtinebit, 1.
quàm ſi emtor non reclamet aut reſiſtat. Cæterum ut reſiſtenti vis fiat, nullâ pactione effici poteſt. *l. ult. ad L.*

*Jul. d. vi priv. l. 30. d. pign. act. l. 3. quod met. c.* Anton. Matth. *d. P. 1. d. judic. theſ. 35.*

## APHOR. V.

IV. Vaſallus inveſtitus abuſivè occupare poteſt feudum.

Prætereà (IV.) per inveſtituram abuſivam vaſallo conceſſam eſſe licentiam, propriâ autoritate poſſeſſionem feudi, à poſſeſſione alius vacuam, apprehendendi ſtatuunt.

*SUMMARIA.*

*1. Confirmatur hoc ratione & autoritate.*

1. Jacobin. de S. Georg. *de feud. verb. inveſtivi talem. num. 3.* H. Piſtor. *l. 2. quæſt. 25. n. 26.* Roſenth. & alleg. *c. 6. concl. 11. n. 4.* Cum enim dominus inveſtiturâ, (*quæ includit contractum feudalem*) ſolenniter celebratâ, jus feudi vaſallo quaſi cedat, videtur ipſi rem apprehendendi poteſtatem facere. Syntagm. noſtr. Feudal. *cap. 8. aph. 10. n. 2. & ſeqq.* Add. Grak. *d. tract. claſſ. 2. cap. 22. n. 10. & ſeqq.*

## APHOR. VI.

V. Domin. poteſt ex conventione expellere vaſallũ: & feudum apertum occupare.

Viciſſim (V.) Dominus poteſt expellere vaſallum, ſi conditionibus, ſub quibus feudum conceſſum, non ſteterit, & tale pactum de ejiciendo propriâ autoritate adjectum fuerit. Multò magis feudum apertum propriâ autoritate rectè occupat dominus.

*SUMMARIA.*

*1. Dominus quidem poteſt expellere vaſallum, ſed non vim reſiſtenti inferre: niſi ſimul ſit judex loci.*

*2. Feu-*

*2. Feudum apertum poteſt occupare à poſſeſſore vacuum.*

*3. Non poteſt dominus expellere vaſallum ob non petitam inveſtituram; vel feloniam aliam commiſſam.*

Pactum iſthoc perinde ut illud, *de quo aph. 2.* eſt limitandum: modò ſc. vaſallus non reſiſtat: vis enim, ut tali caſu inferatur pacto non poteſt concedi: ſed judicis auxilium eſt implorandum. Si tamen dominus Juriſdictionem ſimul habeat, convenienti modo vel etiam manu militari vaſallum expellere poteſt. Mynſing. *conſ. 98. n. 13. & ſeqq.* Similiter ſi deficiant feudales ſucceſſores, vel feudum tempore, ad quod erat reſtrictum, elapſo ſit finitum, feudum, nemine reſiſtente, propriâ autoritate rectè occupat dominus. Surd. *conſ. 440.* Grak. *d. tract. claſſ. 2. cap. 22. num. 8.* Cæterum propter non petitam inveſtituram, vel ſuſceptam illicitè alienationem; aut feloniam aliam commiſſam non poteſt expellere propriâ autoritate dominus vaſallum: quia cauſæ cognitione opus eſt. Borcholt. *v. 1. conſ. 1. quæſt. 3.* Fichard. *conſ. Germ. 13. num. 10. 13.* Gail. *1. obſerv. 51.* Syntagm. noſtr. Feudal. *cap. 15. aph. 11. num. 1.* Add. Roſenthal. *c. 10. concluſ. 40. n. 45. & concl. 41. num. 83. 107. 108.* Grak. *d. tract. cap. 22. num. 1. & ſeqq.*

1. 2. 3.

## CAPUT DECIMUM QUINTUM.

# De Vindictâ Privatâ, conceſsâ in ultimâ voluntate.

### APH. I.

Vel ultimâ voluntatẽ: quâ heres rectè concedit licentiam occupandi fideicorum univerſale.]

Ultimâ voluntate rectè teſtator concedit fideicommiſſario univerſali licentiam occupandi hereditatem propriâ autoritate.

*SUMMARIA.*

*1. Heres directus propriâ autoritate rectè occupat hereditatem vacuam.*

*2. Ut & fideicommiſſarius heres, ſi verbo reſtituta ſit ipſi hereditas.*

*3. At non reſtitutam hereditatem regulariter non poteſt iſte occupare.*

*4. Niſi vel nullus adſit heres directus.*

*5. Vel teſtator licentiam conceſſerit.*

1. Heredem quidem directum in teſtamento inſtitutum, vel etiam ab inteſtato, rectè occupare propriâ autoritate res hereditarias, ab alius poſſeſſione vacuas, quippe ad ſe directò ac immediatè pertinentes, facilè conſtat. Cothmann. *vol. 5. conſ. 4. num. 285.* Menoch. *rem. 6. adipiſc. poſſ. n. 4. & ſeqq.* Add. Grak. *d. tract. de propriâ*
2. *autor. claſſ. 2. cap. 9. num. 13. & ſeqq. it. cap. 15.* Similiter & fideicommiſſarius heres, ſi verbo ſit reſtituta à directo herede hereditas, hanc, ab alio poſſeſſore vacuam, ipſe oc-
3. cupare ſine dubio poteſt. Grak. *d. tr. cl. 2. c. 10. n. 19.* Aliàs verò fideicommiſſarius hereditatem ſibi fideicommiſſo

reli-

relictam propriâ autoritate, herede non concedente, occupare nequit, ſed, hoc reluctante, judicem adire debet *t. t. de fideic. hered. petat. l. 63. l. 37. ad SCt. Trebell.* Niſi vel 3.
nullus adſit heres, à quo reſtitutio fiat. Menoch. *adipiſc. poſſeſſ. 2. n. 66. 67.* Cothman. *5. reſp. 4. n. 243.* vel teſtator 4.
ei licentiam occupandi hereditatem in teſtamento permiſerit: quod tamen itidem de hereditate vacante, ſeu de caſu, quo heres non reſiſtit, intelligendum. Vid. Grak. *d. c. 10. 14. 15.*

## APHOR. II.

Sic & ultimâ voluntate rectè teſtator cõcedit licentiam capiendi legatum propriâ autoritate. Similiter & legatum.

*SUMMARIA.*

1. *Modò legatum ab herede non detineatur.*
2. *Excuſat tamen teſtatoris voluntas, etiam detinente herede, à pœnâ.*
3. *Propria autoritas etiam legatario conceſſa, ipſo exſecutore teſtamenti conſtituto.*
4. *Ut & per conſtitutum poſſeſſorium.*

Bart. *in l. 34. §. 1. de legat. 2. num. 3. & l. 5. de legit. tut.* 1.
*n. 3.* Diſtingvendum tamen eſt cum D. Frantzkio *p. m. exercit. 7. quæſt. 2. num. 9.* Aut enim poſſeſſio adhuc eſt vacua, & illa licentia, & rectè datur, & rectè exercetur; cum & alia multa liceant permittente teſtatote, quæ alioqui ſunt prohibita, *arg. l. fin. §. 2. C. arb. tut. & l. 1. C. d. SS. Eccl. l. 6. §. 1. ſi quis om. cauſ. teſt.* præſertim cum hîc nec vis ulla committatur, nec res niſi propria occupetur: & perinde ſit, ac ſi â teſtatore res ipſa legatario præſtita fuiſſet, quod teſtator facere poteſt, *l. 22. de legat. 2.* Add.

Hieron.

2. Hieron. à Laurent. *dec. 19.* Aut verò apprehenſa eſt poſſeſſio ab herede, & tunc licentia illa à teſtatore conceſſa non efficiet, heredi non dari interdictum quod legatorum: licèt fortè à pœnâ *l. 5. C. de legat.* eum excuſet. Conf. Gomez. *var. reſ. tom. 1. c. 12. n. 10.* Bachov. *ad Treut. v. 2. d. 13. th. 7. b. c.* Dn. Frantzk. *d. l.* Vinc. Carozius *tract.*
3. *de rem contr. prac. ſent. exc. 6. n. 13. & 14.* Propria legati occupatio etiam conceſſa eſt, ſi teſtator legatarium exſecutorem teſtamenti conſtituat, quàm licentiam tacitam appellat Salicetus *in l. 5. C. de legat.* Gothofr. *in d. l. 34. §. 1.*
4. *de legat. 2. lit. d.* Deniq; ob conſtitutum poſſeſſorium in teſtamento appoſitum legatario competit poteſtas rem propriâ autoritate apprehendendi. Vid. Carozium & ab eo citatos *d. exc. n. 18. & ſeqq.* Add. Faber *in Cod. l. 8. t. 3. defin. 33. 35.* Grak. *d. cl. 2. cap. 14.*

SOLI DEO GLORIA!

# INDEX
# Rerum & Verborum.


## A.

### Accuſatio.

*Accuſans ardore vindictæ repellitur Cap.1. Aphoriſm. 2. numerô 3. pagin. 7.*

*accuſare accuſantem ante exutum crimen non licet. c. 10. aph. 6. n. 5. p. 87.*

### Actio L. Aquiliæ.

*Hæc actio ceſſat ſi beſtia provocans occubuerit. c. 1. aphor. 1. n. 2. p. 2.*

### Adulterium.

*Adulterium cum filia ſua in ipſo actu deprehenſum domi ſuæ Pater unô impetu ictuq́ jure occidit. c. 7. aph. 1. n. 1. & 2. p. 70.*

*jure veteri id qq. marito licuit. c. 8. aph. 1. n. 1. p. 74. poſtea v. immutatum. ibid. n. 2. 3. 5. 7. 8. p. 74. & 75. ratio ſubjungitur. n. 6.*

*adulteræ tamen notoriæ alimenta denegare & propriâ eam authoritate domô expellere poteſt. ibid n. 12. p. 78.*

*Patronum a. ſuum in adulterio cum uxore ſua deprehenſum Libertus occidere nequit. c. 8. aph. 1. n. 4. p. 74.*

### Ædificatio.

*Ædificata & fundata ab alio in fundo noſtro deſtruere licet. c. 6. aph. 7. n. 1. & 2. p. 64.*

*non verò protectum. ibid. n. 2. p. 65.*

### Aggreſſio.

*Agreſſio violenta & injuſta ad probationem defenſionis neceſſariæ facit. c. 4. aph. 2. n. 1. p. 37.*

### Albinagium.

*Albinagii jus in Gallia uſitatum. c. 11. aph. 22. n. 6. p. 163.*

### Animal.

*In plurimis cæterorum etiam animalium veſtigia morum animi humani. c. 1. aph. 1. n. 3. p. 2.*


 Æquæ-

Aquæductus.

*Aquæductum intercidere licet in meo. c. 6. aph. 7. n. 5. p. 65.*

Arbor.

*Arborem ramos aut radices ſuos in meum fundum porrigentem exſcindere non ſtatim licet. c. 6. aphor. 7. n. 4. p. 65.*

B.

Bannum. Bannitus.

*Bannum Imperii quid ſit. c. 3. aph. 7. n. 1. p. 30. Bannitus injuſtè ſe defendit. c. 4. aph. 2. n. 7. p. 39. injuriâ non adficitur, nec retorquere poteſt. c. 10. aphor. 7. n. 9. p. 112. ſalvâ conſcientiâ occiditur à quovis c. 3. aphor 7. n. 3. p. 30.*

Bellum.

*Reſp. diverſæ ſi de injuriis ab una alteri illatis pacificè tranſigere nolint bellô eas vindicare neceſſe habent. c. 2. aph. 2. n. 8. p. 21.*

C.

Camera Imperialis.

*Cameræ Imperialis obſervantiæ in puncto juris magis attendendæ, quàm ll. Juſtinianeæ. c. 16. aph. 6. n. 26. p. 105.*

Carcer.

*Carceri includere Patri licet liberos. c. 7. aph. 11. n. 6. p. 72. Domino ſervum. c. 9. aphor. 1. n. 1. p. 79. Colonos etiam adſcriptitios. ibid. n. 5. p. 80.*

Carcer obæratorum.

*Carceri huic ut includatur debitor non poteſt petere extraneus, niſi ibi, unde oriundus, ſimilis habeatur conſvetudo, aut literas reverſales à magiſtratu afferat, ſimiliter aliquando ſtatutum iri. c. 11. aph. 37. p. 184.*

*Caſtigatio. vid. Coercitio & Emendatio domeſtica.*

Civis.

*Cives, inſtar civitatum, quibus, concurſu exiſtente creditorum, in bonis civium extraneis præferuntur, eôdem jure alibi utuntur. c. 11. aph. 28. p. 171.*

Civitas.

*Civitati contra civitatem quãdo & quomodo juris novi, ſive iniqui retorſione uti liceat. at. vid. Jus novum.*

Clarigatio.

*Clarigationes eandem ac Repreſſaliæ denotationem habent. c. 12. aph. 1. n. 1. p. 187.*

Coercitio.

*Coercitio levis Patrono competit in libertum. c. 9. aph. 1. n. 3. p. 80.*

*& Domino in colonum adſcriptitium, hodieq; homines proprios. ibid. n. 5.*

Colaphus.

*Colaphum impingere verbis injuriam inferenti non licet, niſi levis egregiæ intulerit perſonæ. c. 10. aph. 10. num. 90. p. 118.*

Compenſatio.

*Compenſatio injuriarum inter duos convitiis ſe invicem proſecutos admittitur. c. 10. aph. 10. n. 8. p. 118.*

*etiam ſub conditione. c. 10. aph. 11. n. 6. p. 120.*

Conviciari.

*Convitia famam non lædunt. c. 10. aph. 6. n. 20 p. 93.*

*conviciandi animo creditur feciſſe, ſi quis irà commotus, licet verum, objecerit crimen c. 10. aph. 6. n. 3. p. 108.*

Creditor.

*Creditor debitorem in defectu carceris publici privatim detinere poteſt. c. 6. aph. 9. n. 5. p. 67. & ſuſpectum etiam de fuga, ſi urgentiſſima adſit ſuſpicio. ibid. n. 6. p. 68.*

D.

Debitor. *vid.* Creditor.

Defenſio.

*Defenſio neceſſaria quadruplex c. 3. aph. 1. p. 23. ratione hujus occidere licet. I. hoſtem ibid. aph. 2. II. transfugam c. 3. aph. 3. p. 27. III. militiæ deſertorem ibid. aph. 4. p. 27. IV. latronem famoſum & publicum. ibid. aph. 5. p. 28. V. populatorem agrorũ nocturnum. ibid. aph. 6. p. 29. VI. bannitum Imperii. ibid. aph. 7. p. 30. VII. Zigaros. aphor. 3. p. 32.*

Defenſio vitæ.

*Quæ in ſpecie dicitur neceſſaria c. 4. aph. 1. p. 34. Jure Civ. ib. n. 1 & naturali licita ibid. n. 2. 5. & 6. p. 35.*

*In ea homo non occiditur ex intentione. ibid. n. 4.*

*Ad eam allegandam requiritur aggreſſio violenta & injuſta. c. 4. aph. 2. n. 1. p. 37.*

*Quamvis à Principe, magiſtratu, Parente vel marito facta ſit. c. 4. aph. 4. n. 1. 2. 3. pag. 41. & 42.*

*neq; quis expectare tenetur primum ictum. ibid. aph. 2. n. 2. p. 38. ibid. aph. 7. n. 3. p. 44. ſi ſc. fugere tutò & commodè non poſſit ibid. n. 5.*

*Non verò ſufficiunt minæ ib. aph. 7. n. 3. p. 37. neq; inſidiæ, ibid. n. 5. & 6. p. 38.*

*nec cum cæde alterius res ſuas aut famam defendere licet, ib. n. 11. & 12. p. 40.*

*neq; ob verbera non perículoſa licita occiſio. ibid. n. 9. p. 39.*

*Ceſſat, ſi ceſſat periculari ibid. n. 10. p. 39. c. 4. aph. 6. p. 43. ibid. aph. 7. n. 1.*

*Quemadmodum v. actor doloſam occiſionem, ita qq. reus ſi accuſator negavit, neceſſariam defenſionem probare tenetur ib. aph. 8. n. 2. 3. p. 46.*

*& non tantùm juſtā & violentā aggreſſionem, ſed & juſtum defendendi modum. ibid. n. 4. & 5. p. 47. & 48. ibid. aph. 9. p. 50.*

*idq; per teſtes etiam aliàs inidoneos, ibid. n. 6. vel per præſumptiones ibid. n. 8.*

*& quocunq; valuerit, probare poterit, tempore. ib. n. 12. p. 49.*

*quod ſi verò omninò probatione deficiat: torturâ veritas exquiritur., ibid. n. 15.*

Denfenſio alterius.

*Defendere alium quoq; licet, & ita, ut ſi alter liberari aliter nequeat, adgreſſor poſſit occidi. c. 4. aph. 3. n. 1. p. 40.*

*nemo autem neceſſariò tenetur cum vitæ ſuæ periculo, ibid. n. 2. p. 41.*

Defenſio rerum.

*Defendere, etiam cum aliorum auxilio, c. 6. aph. 3. n. 3. p. 59. cuilibet permiſſum res ſuas tàm incorporales, quàm corporales, ibid. aph. 1. p. 57. ex l. 1. C. unde vi. ibid. aph. 2.*

*Etiam injuſto poſſeßori contra extraneum, ibid. aph. 3. n. 1. p. 58.*

*non v. eum à quò vi. clam, aut pre-*

*precariò poſſidet. ibid. aph. 4. n. 1. ibid. n. 2. p. 59.*
*nec contra Dominum ex intervallo eripientem. ibid. n. 2. p. 60.*
*quod ſi verò notorium prædonẽ quis dejecerit, non tenetur interdicto unde vi. ibid. n. 3.*
*& adeò quidem contrà vim injuſtã poſſeſſioni illatam reſiſtere judici illegitimè procedenti licet. ibid. n. 4.*
*Defenſio autem hæc fiat incontinenti. ibid. aph. 5. p. 61. reſpondeat offenſioni ib. aph. 6.*
*ob nuda bona, niſi corpus ſimul aggrediatur, nemo occidatur ibid. n. 4. p. 63.*
*aliàs pœnâ afficitur arbitraria, ibid. n. 5. p. 64.*
*Fugere v. & poſſeſſionẽ deſerere non tenetur ibid. n. 2. p. 63.*
*armis tamen contra inermem, niſi neceſſitas urgeat, non utendum. ibid. n. 1. p. 63.*

Detractionis Jus.

*Hôc jure utendum eſt eô modô, quô alia contra aliûs cives uſa eſt civitas. c. 11. aph. 22. n. 1. p. 161. ibid. aph. 29. p. 171.*

Detentio.

*Redemtum ab hoſtibus usq; dum lytrum fuerit ſolutum retinere poſſum, quemadmodum & caupo res hoſpitis apud ſe divertentis & non ſolventis receptò in germania more c. 6. aph. 9. n. 9. p. 68.*

Diffidatio.

*Diffidationes reſtrictæ ad caſum juſtitiæ protractæ vel denegatæ. c. 2. aph. 2. n. 5. p. 15.*
*Quibus non abſimilis mos apud Longobardos olim receptus, ſed poſtmodum ejusmodi mores extirpati. c. 2. aph. 2. n. 6. p. 15.*

Dos.

*Dote promiſſâ non ſecutâ propterea domò expellere uxorẽ marito non licet. c. 8. aph. 1. n. 15. p. 78.*

E.

Expeditoriæ res.

*Expeditoriarũ rerum jus rectè retorquetur. cap. 11. aph. 23. p. 163.*
*Cedunt hæ res heredibus ſi ibi adſint. ib. aph. 25. n. 1. p. 167.*
*aliàs ſuperiori ſ. fiſco. ib. n. 2. p. 168*

F.

Facultas Juridica.
*Facultas Juridica judici de jure reſpondens incidere poteſt in Edictum de retorſione juris iniqui. c. 11. aph. 7. n. 6. p. 146.*

Fama.
*Famam cum cæde alterius defendere non licet. c. 4. aph. 2. n. 12. p. 46. c. 10. aph. 6. n. 19. p. 93. ibid. aph. 10. n. 11. p. 118.*
*per convitia non læditur. ib. n. 20.*
*Famoſus libellus. vid Libellus.*

**Fauſt und Kolben-Recht.** *c. 2. aph. 2. n. 2.*
**Fehde.** *c. 2. aph. 2. n. 2.*

Feudum.
*Feudô vaſallum Dominus vi conventionis expellere non poteſt privatâ authoritate. c. 14. aph. 6. p. 196.*
*niſi ſimul ſit judex loci. ibid. n. 1. p. 197.*
*neq; ob non petitam inveſtituram, vel feloniam aliam commiſſam. ibid. n. 3.*

Fuga.
*Fugientem uxorem maritus propriâ authoritate poteſt capere. c. 8. aph. 1. num. 14. pag. 178. c. 9. aph. 1. num. 7. p. 81.*
*monachus monachum. ibid.*

Fur.
*Furem cum re noſtra fugientem perſequi eiq; eam eripere licet. c. 6. aph. 9. num. 8. p. 68.*
*Fur diurnus occiditur licitè non quidem in obſcuro loco repertus. cap. 4. aph. 10. n. 5. ſed ſi telô inſtructus ſit, & tunc cum clamore ibid. n. 2. p. 52.*
*nocturnus ſimpliciter quidem ſecundum ll. 12. tab. ibid. n. 3. cum clamore verò ſecundum. ll. Juſtinian. ibid. n. 4. majoris ſcil. fidei gratiâ. ibid. n. 6. p. 53.*
*ſi prehendi non poſſit. ibid. n. 7. p. 54.*
*non tamen fugientem ſclopetô licet trajicere. ibid. n. 9.*
*nec propter res, ſed concurrens vitæ periculum interimere. ibid. n. 1. p. 51.*
*præſertim ſi inſtrumentô mortifero ſit inſtructus. ibid. n. 5. p. 53.*
*τριβόλȣς quoq; ſeu murices ferreos,*

*reos, & alia offendicula furibus ponere permiſſum. ibid. n. 10. p. 54.*

Furioſus.

*Furioſum etiam conſangvinei incarcerare poſſunt. cap. 7. aph. 1. n. 7. p. 72.*

*Injuriam non committit. c. 10. aph. 6. n. 2. p. 108.*

Furtum.

*Furtô, ſi commodè, juſtè ſubtrahitur, quod creditum potentiori, & neq; amicè, neq; judicialiter recipi poteſt. c. 6. aph. 9. n. 7. p. 68.*

G.

Gerada.

*Geradæ jus & rerum expeditoriarũ rectè retorquetur contra utentes eôdem jure. c. 11. aph. 23. p. 163.*

H.

Hereditas.

*Hereditate excludente Civitate peregrinos, ejus cives rurſus non admittuntur. c. 11. aph. 22. n. 5. p. 163.*

Heres.

*Heres non tantùm directus. c. 15. aph. 1. n. 1. p. 198.*

*Sed & fideicommiſſarius poteſt occupare propriâ authoritate hereditatem, ſi verbô ſit reſtituta à directo herede, ibid. n. 2. non v. eô reluctante, ib. n. 3. pag. 199.*

Hoſtis.

*Hoſtis quis. c. 3. aph. 7. n. 1.*

*reip. impunè à quovis occiditur. ibid.*

I.

Induciæ moratoriæ.

*Inducias moratorias impetrans debitor non impedire poteſt, quò minus ejusdem debitores illis etiam adverſus eũ utantur. c. 11. aph. 15. p. 154.*

Injuria.

*Hæc æſtimatur ex animo injuriandi. c. 10. aph. 6. num. 1. p. 108.*

*ideoq; infantiæ proximi, furioſi & ſummè ebrii non committunt. ibid. n. 2.*

*neq; ille qui crimen verum objecit, niſi irâ commotus & conviciandi animô. ibid. n. 3.*

Injuriarum actio

*Hæc quamvis pœnam, eâ ipsâ tamen & honoris defenſionẽ inten-*

*intendit.ib.aph.12.n.2.p.122.*
*non competit ei, qui retorſit. ib. n. 1.p. 121.*

Injuriarum retorſio.

*Ita communiter & rectiùs dicitur. c. 10. aph. 2.p. 82. definitur ibid. aph.5.p.84.*
*non quidem Juri Civ. contrariatur, in eo tamen non expreſſa. ibid. aph.6.n.1.2.3.4.5.6.7. p.85.86.87.& 88.*
*nec contra jus naturæ ibid. n.8.*
*nec contra jus divinum ibid. n. 15.p.91..*
*datur, uti & injuriarum actio, contra virum bonum minus bono ibid. n. 22.p.93.*
*eſt modus defenſionis, non ultionis. ibid. n. 2.*
*aliquando contra verum etiam objectum crimen uſurpatur. ibid. aph.6.n.3.p.108.*
*Modò non fictũ & alienũ retorqueatur. ib.aph.12.n.7.p.117.*
*etiam à minore & pupillo ſine cõſenſu Curatoris, filiofamilias, Deportato, intuitu filii etiam Patri, uxoris marito. ſponſæ ſponſo. Cognati cognato. Non verò ſervo, nec Bannito neq; contra verum retortum crimen, ibid. aph.7.n.1. usq; ad n. 12.p. 110. 111. & 112.*
*valet contra exceſſum in retorſione factum. ib. n.13.p.113.*
*Contra egregias perſonas, ibid. aph.8.n.1. Magiſtratum. ib. n.2. Præceptorem. ibid. n.3. mandantem & mandatarium. ibid. n.4.p.114. Clientem cujus advocatus eò præſente convitium dixit. ibid. n.5. non v. parentes ibid. n.6. nec Patronum. n. 7. nec Dominum feudi. n.8. ibid.*
*In cæteris verò non niſi fiat modô legitimô. ibid. aph.9.*
*ſtatim ab ipſo audiente. ibid. n.1.p.115.*
*ab abſente quamprimum reſciverit. ibid. n.2.*
*ex intervallo non admittitur. ibid. aph.9.n.4.p.110.*
*S. ſine ſcriptis, ſeu ſcriptis, ſubſcriptò tamen, niſi certò conſtet, nomine. ibid. aph.6. n.4.p.109.*
*etiam inſtrumento peragitur. ibid. aph.9.n.3.p.115.*
*fit autem vel mendacium exprobrando ſimpliciter. ibid.*

*aph. 10. n. 1. p. 116 vel cum additamento. ibid. n. 2. non verò diverſi delicti ibid. n. 3. p. 117.*
*rectè verò eandem injuriam regerendo retorquetur. ibid. n. 5.*
*& ita non opus eſt proteſtari. ibid. n. 6.*

Iniquum.

*Iniqui juris retorſio quid ſit & ubi fundetur. cap. 11. aph. 1. ſeqq. p. 125. ſeqq.*

Inſidiæ.

*Hæ ad probandam defenſionem neceſſariam non ſufficiunt. c. 4. aph. 2. n. 5. & 6. p. 38.*

Ira.

*Iræ modus ſtatuendus, & quemadmodum ratio dictitat ſuccenſendum. c. 1. aph. 2. n. 2. p. 5. c. 1. aph. 3. num. 2. p. 7.*

Judex.

*Prudentiam ſuam Judex Patrum Decretis vel Impp. ll. non præponat. cap. 1. aph. 2. n. 6. p. 6.*
*ei non obeſt Aſſeſſoris ſeu Conſiliarii imperitia. c. 11. aph. 7. n. 4. p 144.*
*tenetur autem ex quaſi delicto. ibid. n. 5.*
*contra admittentem invalida inſtrumenta ſimilia uſurpantur. ibid. aph. 16. p. 156.*

Juramentum.

*Deferens juramentum relatum id recuſare non poteſt. c. 11. aph. 20. n. 2. p. 159.*

Juramentum Calumniæ.

*Cum nequeat exigere juramentum calumniæ Vaſallus à Domino, neq; Dominus à Vaſallo poterit. cap. 11. aph. 20. n. 6. p. 160.*

Jus Naturæ.

*Eſt hoc dictatum naturæ rationalis & ſocialis. c. 2. aph. 2. n. 8.*
*in ſe immutabile, interdum ob advenientes circumſtantias mutatur. c. 2. aph. 3. n. 2. 3. ſeqq.*

Jus novum.

*Per illud quid hodiè indigitetur. c. 11. aph. 5. n. 10. p. 30.*
*quibus modis ſtatuatur. ibid. n. 13. p. 137.*
*Civitati contra civitatem retorſione juris novi licet uti. ibid.*

*ibid. n. 17. p. 138. aph. 5. n. 5. p. 141.*
*Ibid. aph. 10. n. 4. p. 152.*
*probandum ex archivo. ibid.*
*niſi præſtò ſint literæ reverſales. ibid. n. 18.*
*non autem in ſingulos. num. 19. p. 139.*
*ſi ſine eorum conſenſu magiſtratus ſtatuerit. ibid. num. 20. 21.*
*aliàs in diverſæ Juriſd. in eadem Civitate incolis non infrequens. ibid. n. 23. p. 140.*
*compedit non ſolum læſo, ſed & alii qui ſimilem habet cauſam. ibid. aph. 6. n. 1. p. 141.*
*contra magiſtratum. ibid. aph. 7. n1. p. 142.*
*finitô etiam officio. ibid. n. 2.*
*non verò Patrem nomine filii agentem. ibid. n. 3.*
*nec in criminalibus, ſed tantùm civilibus. ibid. aph. 11. n. 1. p. 153.*

L.

Latro.

*Latro famoſus & publicus etiam non invadens juſtè necatur. c. 3. aph. 5. p. 28.*

Legatarius.

*Legatarius propriâ authoritate concessâ à teſtatore licentiâ legatum capit. c. 15. aph. 2. p. 199.*

Leges.

*Leges condere Majeſtatis eſt. c. 11. aph. 2. n. 1. p. 128.*
*an Prætor Rom. olim quoque hanc poteſtatem habuerit. vid. Prætor.*

Leges Juſtinianeæ.

*Deductæ ſunt ex ipſa naturali æquitate. c. 1. aph. 2. num. 4. pag. 5.*
*Illarũ authoritati fruſtra objicitur, quod non omnium poſſit reddi ratio. c. 1. aph. 2. n. 5. p. 5.*

Libellus famoſus.

*In libello famoſo non intereſt, ſubſcriptum ſit nomen nec ne. c. 10. aph. 6. n. 4. p. 109.*
*retorſionis libellus quæ requirat. ibid. aph. 11. n. 1. p. 119.*

Libertus vid. Patronus.

M.

Malefici.

*Qui ſint. c. 3. aph. 9. n. 1. p. 33.*
*Eos occupare, & ad publicum*

*illicò pertrahere cuilibet licet privato. cap. 3. aphor. 9. p. 32.*

Mathematici.

*Illi qui ſint, qui maleficis æquiparantur. c. 3. aph. 9. num. 2. p. 33.*

Matrimonium.

*Speciatim hoc dicitur in hominibus, quod conjunctio maris & fœminæ in cæteris etiam animalibus. c. 1. aph. 2. num. 1.*

Mendacium.

*Mendacium objiciendo etiam fit retorſio, idq; l. ſimpliciter. c. 10. aph. 10. n. 1. p. 116. vel cum additamento. ibid. n. 2. non tamen delicti diverſi. ibid. n. 3. p. 117.*

Metator.

*Metatorem injuſtè alicujus prædium in greſſum privatâ expellere licet authoritate. c. 6. aph. 10. p. 69.*

Militia.

*Militiæ deſertor. cap. 3. aph. 4. p. 27. occiditur licitè à quovis. ibid.*

Minæ.

*In dubio accipiendæ de vindicta publ. c. 1. aph. 7. n. 1. p. 12. non ſufficiunt ad allegandam defenſionem neceſſariam. c. 4. aph. 11. n. 3. p. 32.*

Moderamen inculpatæ tutelæ.

*Moderamen hoc ſi quis, qui violenter tamen & injuſtè aggreſſus, fuerit egreſſus, extra ordinem punitur. c. 4. aph 9. p. 50.*

N.

Notarius.

*In eodem retorſionis negotio notarius operam ſuam non debet præſtare. ibid. aph. 7. n. 12. p. 113. ad libellum retorſionis adhibetur c. 10. aph. 11. n. 3. p. 119.*

Nothwehr vid. Defenſio

Nundinæ.

*Nundinis ſuis excludente civitate mercatores alterius Civitatis eandem excluſionem viciſſim in ſuis mercatoribus ab altera experitur. c. 11. aph. 26. p. 198.*

O.

Obſtagium.

*Obſtagii pactum hodiè abrogatum. c. 14. aph. 3. n. 6. p. 194.*

P.

Palinodia.

*Actio ad Palinodiam non competit poſt retorſionem. c. 10. aph. 11. n. 5. p. 124.*

Pater.

*Emendatio domeſtica, pœna liberorum ut & in carceratio eorum Patri conceſſa. cap. 7. aph. 1. n. 4. 5. & 6. p. 71. & 72.*

Patronus.

*Patronum apud conjugem in adulterio deprehenſum libertus occidere neqait. c. 8. aph. 1. n. 4. p. 74.*

Pigneratio.

*Eſt hæc ſpecies privatæ vindictæ. c. 13. aph. 1 p. 190.*

Populator.

*Agrorum populator nocturnus juſtè à quovis privato interimitur. c. 3. aph. 6. p. 29.*

Poſſeſſio.

*Quomodo hæc & quousque adverſus alios defendi poſſit. vid. defenſio rerum.*

Præceptor.

*Si caſtigando modum excedat extra ordinem punitur. c. 7. aph. 1. n. 8. p. 72.*

*Si objurget injuriandi animo, datur retorſio. c. 10. aph. 8. n. 3. p. 113.*

Præſumtio.

*Præſumtiones in probandâ defenſione neceſſaria ſi adſint fortiores, reus abſolvitur, ſi leviores, ad juramentũ purgatorium ndmittitur. cap. 4. aph. 8. n. 7. & 8. p. 48.*

Prætor.

*Romæ olim Prætor poteſtate legis condendæ non gaudebat. c. 11. aph. 2. n 2. p. 128.*

*ob æquitatem ſaltem ejus Edicta populus probavit, ib. n. 3.*

*& eandem ob cauſam etiam interdum illi aliquid permittere, quod aliàs legibus prohibitum, fuerat licitum ib. n. 5.*

Probatio.

*Probare defenſionem neceſſaririam poteſt per teſtes etiam inidoneos aliàs & præſumtiones. c. 4. aph. 8. n. 6. & 7. p. 48.*

Si

*Si reus propter inopiã nequeat, Judex ex officio ſuccurrat, & licet non allegaverit, ſi adſint preſumtiones, inquirat, ibid. n. 11. p. 49.*

*aliàs quocunq; tempore poterit probare. ibid. n. 12.*

Propinqui.

*Corrigere ſeniores ex propinquis poſſunt juniores c. 7. aph. 1. n. 7. p. 72.*

Proteſtatio.

*Non eſt neceſſaria in retorſione injuriarum, ſi defendendi animò injuria referatur. c. 10. aph. 10. n. 6. p. 117.*

Provocans.

*Si occubuerit provocans beſtia, ceſſat actio l. aquil. c. 1. aph. 1. n. 2. p. 2.*

Pudicitia.

*Defendendæ pudicitiæ cauſa juſtè interficitur raptor virginum, viduarum, uxorum; à parentibus, conſangvineis, tutoribus, & c. c. 5. aph. 1. n. 1. p. 55.*

*nec non ſtuprum illaturus violentum. ibid. n. 2. adeò ut ſi hoc cæde alterius poſſit averti & admittatur, peccetur. ib. num. 3.*

R.

Rapina.

*Creditor debitori bonis dejecto, cum pecunia aufugienti poteſt licitè auferre, quantum debet, c. 6. aph. 9. n. 1. & 2. pag. 66.*

*nec tantùm quod pure, ſed & in diem debuit. ibid. n. 4. p. 67.*

*id quod tamen in ſuſpecto de fuga non procedit. ibid. n. 3. p. 61.*

Raptor.

*Raptor virginis, uxoris, viduæ, ab illorum parentibus, Conſanguineis, curatore juſtè occiditur. c. 5. aph. 1. n. 1. p. 55.*

Reconventio.

*Reconventio retorſionis ſpecies c. 11. aph. 20. n. 2. p. 159.*

Relegatio.

*Relegare poteſt Dominus ſervum c. 9. aph. 1. n 2. p. 108.*

Repræſaliæ.

*Definiuntur. c. 12. aph. 1 p. 186.*

*vox explicatur. ibid. n. 1. p. 186. regulariter iniquæ. ibid. n. 2. p. 187.*

*propter diverſas & multas Ju-*

*riſd. receptæ. ibid. n. 3. p. 188.*

*Quot & quibus nitantur requiſitis. c. 12. aph. 1. n. 3.*

*non dantur contra certas quasdam perſonas. ibid. n. 6. p. 189.*

Retentio vid. Detentio.

Retorſio injuriarum vid. Injuriæ.

*Retorquere crimen quid. c. 19. aph. 6. n. 5. p. 87.*

S.

Scabinatus vid. Facultas Juridica.

Solutio.

*Solvitur creditum juxta eum pecuniæ valorem, qui in foro creditoris in redditione mutui attenditur. c. 11. aph. 27. p. 170.*

Statuta.

*Statutario jure utentes non rectè retorquent jus commune contra utentes eo. c. 11. aph. 32. p. 173.*

Stuprum.

*Illaturus ſtuprum violentum licitum interficitur & peccatur ſi alterius cæde averti poſſit & admittatur. c. 5. aph. 1. n. 2. & 3. p. 55.*

T.

Teſtis.

*Teſtes eſſe poſſũt in probãda defēſione nececeſſaria etiã alias inidonei. c. 4. aph. 8. n. 6. p. 48.*

Τιμωρία

*Τιμωρία & κόλασις quomodo differant. c. 1. aph. 4. n. 1. p. 8.*

Titulus.

*Titulos regios illicite affixos tollere cuivis licet. c. 6. aph. 7. n. 7. p. 65.*

Transfuga.

*Quis ſit. c. 3. aph. 3. p. 22. impunè occiditur à privato. ibid.*

Τριβόλοι.

*Τριβόλους ſ. murices ferreos & offendicula furibus ponere licet. c. 4. aph. 10. n. 10. p. 54.*

Tyrannus.

*Tyrannum qui remp. jam poſſidet occidere privatis non licet. c. 3. aph. 2. n. 3. p. 26.*

V.

Vectigal.

*Vectigali non ſolutò publicanus poteſt manus in rem commiſſam injicere, & nonnunquã ipſos fraudatores detinere. c. 6. aph. 9. n. 10. p. 68.*

Via.
*Viam in ſpecie refectionis deteriorem faciens impunè vim patitur. c. 6. aph. 7. n. 8. p. 66.*
Vindicatio & vindicta.
*Quot motis uſurpentur injur. Civ. c. 1. aph. 5. n. 2. p. 10.*
*Vindicare privata authoritate rem ſibi debitam non licet. c. 14. aph. 1. p. 191.*
*nis. ivi conventionis in emtione, venditione & obpigneratione. ibid. aph. 2. & 3. p. 192.*
*id quod tamen ad expulſionem conductoris aut Emphyteutæ debitam penſionem non ſolventis malè extenditnr. ibid. n. 7. p. 194.*
*aliud eſt in dominio reſpectu vaſalli, qui dejiciendo ſpecialiter pepigit. c. 14. aph. 6. p. 196.*
*alias neq; commodanti neq; deponenti licet ibid. p. 195.*
*Vindicandi ſtudium omni à natura ineſt animali c. 1. aph. 1. n. 1. p. 1.*
*Vindicta intendens ex odio dolorem alterius de jure naturæ eſt illicita. ibid aph. 3. p. 6.*
*provenit ex ira immoderata quæ rationem quidem addit, ſed non attendit ibid. n. 1.*
*ſumenda autem non belluarum more, ſed prout recta exigit ratio. ibid. aphor. 2. n. 1. p. 3.*
*Intendens injuriæ propulſationem & damni correctionem eſt licita. ibid. aph. 4. n. 1. p. 7.*
*hæc etiam alias vocatur defenſio. c. 1. aph. 5. n. 2. p. 10.*
*aliquando ſumitur ſtrictius & pœnam denotat. ibid. aph. 5. n. 2 p. 11.*
*Definitur quod ſit legitima propulſatio injuri ſive defendendo ſ.ulciſcendo fiat. ibid. p. 9.*
*Eſt vel publica. ibid. aph. 7. p. 11.*
*quâ contra injurias regulariter utendum ibid.*
*de qua in dubio accipiendæ minæ. ibid.*
*& quoad hanc perſona publica illatam ſibi injuriã licitè vindicat. c. 2. aph. 2. n. 7. p. 17.*
*vel privata. c. 2. aph. 1. p. 12. regulariter de naturali. ibid. aph. 2. n. 7. & 8. & civili jure prohibita. ibid. p. 13.*
*olim quidem in Germania frequens. ibid.*

post-

poſtmodum reſtricta ad caſum protractæ vel denegatæ juſtitiæ. ibid. n. 3. 4. & 5. p. 15.
& omninò extirpata. ibid. n. 6.
præter certas cauſas expreſſas. in c. 2. aph. 4. p. 24.
& niſi certò quodam præterea caſu non admittitur. ibid n. 8. p. 21. aphor. 3. n. 4. p 22.

Vitis.

Vites quas ex fundo meo vicinus in ſuas arbores transduxit mihi præcidere licet. c. 6. aph. 7. n. 3. p. 65.

Z.

Zigari.

Zigaros, tanquam ſalutis publicæ hoſtes, licet occidere. c. 3. aph. 8. p. 32.

---

## Errata Typographica.

pag. 11. *ſummaria. 2. accipiente* pro *accipiendæ.*
p. 21. inf. *ſummar. n. 6. accomudatur* pro *accomodatur.*
p. 31. n. 3. *taamen* pro *tamen.*
p. 32. n. 6. *Indeſt.* pro *inteſt.*
p. eâd. aph. 9. *maleficiorum* pro *maleficiorum.*
p. 33. n. 1. *navitatibus* pro *nativitatibus.*
p. 38. n. 5. *fas fic* pro *fas ſit.*
p. 59. ſummar. 3. *prædomen* pro *prædonem.*
p. 69. in marg. *injuſtam* pro *injuſtum.*
p. 128. num. 4 *prætor* pro *præter.*
p. 139. n. 20. *tè tacie, Xpressè,* pro *tacitè: Expressè*
p. 166. n. 3. *ſitra* pro *ſita.*
p. 175. n. 5. *im* pro *in*
p. 190. n. 1. *qui pigneratio* pro *quæ pigneratio.*
p. 195. n. 1. *reſiſtanti* pro *reſiſtenti.*

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id476744083/230
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id476744083/231
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

Tract. jur. civ. 977^t

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id476744083/232
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft
DFG

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id476744083/233
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft